Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Benedikt Starke

Henr. Bened. Starki[i] Or Didu i.e. Lux Grammatices Ebrææ : Ex Clarissimis S. Hujus Linguæ Luminibus Nec Non Propriis Observationibus fideli gnavaque manu Accensa, Quæ accurata perque facili Methodo Omnia & inprimis Mutationem Punctorum ... ostensura

Bremæ: Typis Hermanni Braueri, MDCCI.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0001
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0002
DFG

C I c - 1970.
965

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0004
DFG

בס"ד

HENR. BENED. STARKI

אור דקדוק

i. e.

LUX GRAMMATICES EBRÆÆ,

EX

CLARISSIMIS S. HUJUS LINGUÆ LUMINIBUS

NEC NON

PROPRIIS OBSERVATIONIBUS

fideli gnavaque manu

ACCENSA.

Quæ

accurata perque facili Methodo

Omnia & inprimis *MUTATIONEM PUNCTORUM*, juxta ac *SYNTAXIN*, ejusque insigniores Idiotismos prælucet, ita ut *perspicuitatem in brevitate, & brevitatem in sufficientia* Philebræo sit ostensura.

BREMÆ,

TYPIS HERMANNI BRAUERI,

Illustris Gymnasii Typogr. ANNO MDCCI.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0009

DFG

DUOBUS ECCLESIÆ ORTHODOXÆ
LUMINIBUS
VIRIS
MAGNIFICIS, MAXIME REVERENDIS,
ATQUE EXCELLENTISSIMIS.
DOMINIS.
DN. JOHANNI DIECMANNO.
SS. THEOL. DOCTORI, & SACRÆ
REG. MAJ. SUECICÆ PER DUCA-
TUS BREM. ET VERD.
SUPERINTENDENTI GENERALI,
&
DN. GERHARDO MEIERO.
SS. TH. D. CONSISTORII REGII PER
DUCATUS BREM. ET VERD. CONSI-
LIARII, ECCLESIÆ CATHEDRA-
LIS S. PETRI PASTORI
PRIMARIO,
HUJUS AC VICINI CIRCULI
SUPERINTENDENTI,
AC ATHENÆI REGII,
SCHOLÆQUE
EPHORO.

PATRONIS ATQUE FAUTORIBUS SUIS
SUBMISSE, PIEQUE VENERANDIS,
HANC

HANC GRAMMAT. EBRÆÆ LUCEM
IN MAJOREM ILLIUS SPLENDOREM
DECUS, & COMMENDATIONEM
CEU LUCIDIORIS CULTUS ATQUE
OBSERVANTIÆ
MONUMENTUM
OFFERT ET CONSECRAT
SIMULQUE
FAMAM MAGIS AC MAGIS FLORESCENTEM!
SUCCESSUS CONSILIORUM, LABORUMQUE
LÆTISSIMOS
IN ECCLESIÆ REIQUE LITERARIÆ
INCREMENTUM!
ANNOS PLURIMOS EOSQUE FAUSTOS!
FAMILIÆ PROSPERITATEM!
&
OMNIGENAM ANIMÆ CORPORISQUE
SALUTEM
EX SALUTIS FONTE JESU!
APPRECATUR.

NEC NON

PATROCINIO ILLORUM AC SUMMO
FAVORI
SE, SUA STUDIA, SUAMQUE FORTUNAM
ETIAM ATQUE ETIAM SUBMISSE
COMMENDAT
TANTIS NOMINIBUS
DEVOTISSIMUS

AUCTOR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0011
DFG

PRÆFATIO.

LUCEM GRAMMATICES EBRÆÆ vides, *Candide Lector*, dummodo *candide* vides, nec præjudiciis, vel invidiæ fascino tinctus es. Re enim vera, non falso prælucebit Tibi facilem, rectumque ad Linguæ S. adytum aditum, ipsum nucleum, ipsam medullam dextre monstrando. Monstrat id pariter princeps doctrina de *Mutatione Punctorum*, quippe ex qua præcipua Analogiæ Grammaticæ ratio dependet, unde non video, quomodo ea commode possit nesciri. Quum a. illa ipsa plerumque tam confuse, tamque prolixe proponitur, non mirum est, quod non pauci eam per transennam qs. inspiciant, ni penitus horreant, & postmodum in signum ignorantiæ suæ fastidiant, atque despiciant. Huic autem malo occurrere & mederi annisus sum sex duntaxat Regulis in Memb. V. caussis insuper istius Mutationis memoriæ juvandæ ergo ordine adjectis; Ut sic ea doctrina jam plenioribus, non primoribus saltim labris degustari queat. Si qua vero singularis & insolens obversetur punctatio vel forma, heic forte non tacta, scias, eam jam tum Masorethas notasse, vel ipsa sua insolentia se prodituram, neque ob unam alteramve anomaliam statim deserendam analogiam. In *Syntaxi* legi & selegi inprimis vestigia *Dn. Buxtorfii* in Lib. II. Thes. Gramm: *Dn. Danzii* in Interpr. Ebr-Ch. &, qui instar omnium, *B. D. Glassii* in eximio Philol. S. opere, ita quidem ut ea, quæ a Syntaxi communi vel lati-

latina (quam maxime præsuppono) abludant & deflectant, enucleaverim, quibus prælibatis felicius alacriusque ad altiora perges. Grata igitur brevitas perspicuitate condita sufficienter apponit, quæ a Grammatice desiderari possunt. Unde hæc nostra LUX præsertim viva Philebræum solertem intra semestre (præfiscini dixerim!) DEI gratia eo adducet, ut deinceps absque cortice natare sustineat. Quid enim aberit? si Regulæ statim in praxi adhibeantur, (eas namque *negligere velle ex quorundam placito, est navim permittere solis ventis, non curata pyxide nautica*, scite ait ὁ πάνυ Ebræus, ac Philologus B. *D. Gejerus* in Observat. ad S. Ebr. Ling. Stud. p. 404. Opusc. Philol. Conf. etiam acre judicium *Cl. Baveri* Ling. S. olim ap. Lipsi. P. P. in Præfat. Oraculis V. T. præmissa, quod adducit *Dn. Opit.* in Atr. L. S. P. I. p. 18. 19) sic crebra evolutione sensim sine sensu in mentem influent. Quid? quod si Analysin textus exceperint pericula Imitationum, exercitiaque styli, quibus certe Philebræus, regulas sic sollicitius inquiens & perrepens, solidius voces, phraseologiam, ipsamque constructionem simul imbibit. Quod exercitium quum non ita sit in usu, quid miraris, si intimior usus multo tempore, multa pecunia utatur. Commendat autem id non solum supra laudatus *Gejerus* l. c. p. 408. nec minus faustum illud Lingg. OO. Sidus *B. D. Pfeifferus* praxin syntheticam præivit in Meth. Ebr. p. 197. 198; verum etiam ipsa res & experientia loquitur, loquantur lecta, dilecta ingenia, quæ doctrinæ meæ rivulos avide & constanter hauserunt. Quorum pulchellis fructibus, & aliis insuper ratio-

tionibus excitatus, hanc LUCEM EBRAICAM, paucis antehac incluſam foliis, luci expono publicæ, haut certe inanis gloriolæ venandæ, ſed commodis ſtudioſæ Juventutis velificandi gratia. Hinc illam non ſub modio reponendam, nec talentum meum, quantulum etiam cunque videri poſſit, defodendum duxi, quin porro, ſi DEUS tempus, viresque conceſſerit, cum in Lingua Ebræa, *quæ ſane* (ut cum *B. Glaſſio* in Orat. de Ling. Ebr. Neceſſ. & Util. quæ coronidem imponit Libro IIdo Philol. S. aperte fatear) *mel meum eſt, meum Nectar & Ambroſia, meus ſcopus, mea prora puppisque;* tum in aliis, ac Philologiæ S. ſtudio tentabo, quid valeant humeri, quid ferre recuſent. Non erit, quod Linguæ Ebrææ *Neceſſitatem* pariter atque *utilitatem* multis commendem, quippe quæ ſe reapſe commendant, commendarunt pleno ore ſummi quique Theologi, ac Philologi, quos inter familiam ducit Megalander noſter *Lutherus*, cujus & ceterorum oracula heic referre geſtirem, niſi otia feciſſet *Dn. Opitius* loc. cit. & *D. Pfeiff.* in Præfat. Meth. Ebr. qui multorum teruntur manibus. Verum quanta, quanta ſit illa Neceſſitas, quanta Utilitas, paucos tamen, proh dolor! ejus tangit cura, autumantes, *non quibusvis, in primis Paſtoribus paganis ejus notitiam haut æque eſſe neceſſariam*, quos vero a *B. D. Waſmutho* (in Heautontimor. Conring. p. 70.) maſcule exceptos vide apud cit. *Opitium* l. c. p. 17. & 18. Adhæc quid abſurdius? quid indignius? quam Interpretem DEI ejusque voluntatis agere velle, & tamen non callere idioma, quo ille locutus eſt. Ejusmodi quippe *Socii*,

& *fratres ignorantiæ, merique Postillatores* (quemadmodum eos salutat cit. *D. Wasmuthus*) coguntur alienis videre oculis, in alieno habitare cerebro, nec frequens illud Propheticum, כה אמר יהוה *sic dicit Jehova*, jure adhibere queunt; sed *sic dicit Interpres*. Et quid consilii, ubi interpretes in divortia abeunt? ibi certe miselli isti fluctuabunt, & quo se vertent incerti hærebunt. Tum etiam Lingua Ebræa præ omnibus suas singulares habet proprietates, Emphases, & ἐνεργείας, quæ Versionibus non ita sunt exprimendo. At vero quot inde deliciæ, quam mirificus doctrinarum succus fluant, is optime scit, qui eam scit. Sicuti perbelle scivit venerabile illud in cœlis triumphans par Theologorum *D. Jac. Wellerus*, ejusque supra laudatus successor *D. Gejerus*, id quod aurea & cedro digna eorum scripta luculenter testantur. *Tutius* ergo & *dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ*. Ac utinam ita biberentur, quam copiosæ ad eum patent viæ! sed videmus, quo copiosior res, eo frigidior, quanquam iste neglectus conscientiam violat, de eoque DEO aliquando erit reddenda ratio. Quare Theologiæ cum fructu operam navaturis Literæ Ebrææ ante omnia sint curæ cordique, quandoquidem vi Apophthegmatis (ap. Celeb. *Hottingerum* in Dedicat. Thesauri Philol.) *Scriptura non potest intelligi Theologice, nisi prius intelligatur Grammatice*. Cui fini & nostra LUX GRAMMATICES accensa est, ex animo precans, ut Juventus Philebræa ductu hujus LUCIS ad pleniorem, interioremque Scripturæ S. Lucem penetret, qua in dies major salutaris cognitionis & fidei

fidei lux ipsi suboriatur, & in lucem Ecclesiæ luceat, usque dum luce Cœli beetur beatissima, consummatissima. Scribeb. Bremæ d. 7. Sept. 1701.

MOs erat, ut tenebris involveret omnia Grajus,
Acclamans alta voce suum σκότον.
Non Tuus hic mos est, STARKI, Tu reddere *lucem*
Ebrææ quæris *Grammaticæ* tenebris.
L. Mushard. Con-R.

SI desunt vires tamen est laudanda voluntas,
Vulgus ait, quoties facta probanda probat.
STARKI sunt vires Tibi, adest laudanda voluntas,
Quando bonâ methodo γράμματα sacra doces.
Laurentius Andreæ.

SIs *fortis* STARKI, sis & *benedictus* in arte
Grammatices docta, quæ tua facta refert.
Et Gibbor dictus, BENEDICTI *Ter-benedictus*
Auctoris studiis ter *benedicat* ope.

* * *

MEin STARK/ der Himmel woll' in Gnaden benedeyen
Dis zu des Nechsten Dienst/ wolausgeführte Werk/
Und ferner Gnad und Krafft zu Dessen Thun verleyhen/
Daß Er/ zum Preiß des HErrn / in Geistes Krafft und Stärk
Die Sprache Canaans durch Wort und Krafft-Erweisen
Ausbreite mehr und mehr; so wird der Arbeit Fleiß
Nicht ohne Seegen seyn/ wann GOtt das Werk wird preisen
Der Starken in dem HErrn/ zu seines Nahmens Preiß.
GOtt stärke Dich/ Mein STARK/ und benedey im Leben
Hinreichlich Deine Müh/ biß HINRICH BENEDICT
STARK in des HErren Stärk/ wird Himmel an sich heben/
Und nach dem Schweiß und Fleiß/ dort ewig seyn beglückt.

Dis wünscht aus trenem Hertzen
Seinem lieb-wehrten Freund und Gönner
Hn. Hinrich Benedict Starken/
Laur; Laurenti, Mus: Direct:

Haud

HAud probat ingenium, multis comprendere pauca;
Sed multum paucis, id probat ingenium.
Præripis hoc multis, STARKI, palmamque facemque,
Ut famâ radies, *Luce Tuâ* radians.
Hoc Candidè Musa Libat.

NOmine quam præstans STARKI, tam clarus es arte;
Ut *Philo-* sit *logiæ* hoc Janua, clavis, Opus.
M. G. Polemann, Bremens:
Philol. S. Studios:

Δεῦρ' ἴθι ὦ Μουσῶν τέκος ὦ καλὸν, ἠδὲ θεώρει
Βίβλον τήνδ' ὀλίγην, μεγάλην διδάγματος ἀλλὰ,
Χ' εὑρήσεις φάος ἑβραίης φανερὸν διαλέκτου·
Τάυτης οὖν ΚΤΙΣΤῇ μελιηδοῦς νῦν φιλοβίβλου
Συγχαῖρ' ὦ Μουσᾶν τέκνον μέτ' ἐμοῖο καὶ εὔχου,
Ὄφρα καταρχθέσι συμπράττειν ἐθέλῃ δέτε Ὠυτοῦ
Ἀθάνατος Σιὸς αἰὲν, Ἐκείνῳ τ' αὐτὰ ἐπαίνῳ,
Κ' ἐν τεῦθεν πολλοῖσιν ἔῃ μεγάλῃ τῇ χρήσει.
Ἀλλά τ' Ἐπίφθονε μὴ μωρὰν φρένα ἐξαγορεύειν,
Ἢ Σὺ δίδου λῶν'· ἀδυνατεῖς; νυν πόιεε ῥῆμ' ὄ.

Prolixiori affectu quàm effectu Clarissimo Dn. Autori Fautorique haud mediocriter amando ac devenerando ita τοῦ καθήκου ἕνεκα gratulatur
J. C. Lange, Philol. S. Stud.

PErmagnæ surgent Tibi, *Vir polyglotte*, Camœnæ
Hebræas Veneres dum Tua vena parit.
Christoph: Veltmann,
Linguæ Ebrææ Cultor.

DAs Linguæ nobis Sanctæ Compendia, STARKI,
Grammaticam tradis, Nobilis Arte, novam.
Non dispendia erunt Compendia bella Magistri,
Qui voce & Scriptis erudit arte rudes.
Macte Tuâ, FAUTOR! virtute, celebribus ausis
In Lingua Sancta macte juvante DEO.
Gotthardus Heger, Ritterh:
Bremensis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0017
DFG

GRammaticam, quæ parva quidem, possitque videri
Plurima præteriens, carpere, *Mome*, cave.
Multa etenim dicit docta brevitate loquendi,
Quôque carere putes, prætereundo dedit.

J. F. Spiesmacher.

INDEX GENERALIS.

Part. I. De Etymologia.

Membr.

I. De Consonantibus. pag. 1.
II. De Punctis Vocalibus. 2.
III. De Syllaba & Tono. 7.
IV. De Dagesch, Mappik, & Makkeph. 12, 15, 16.
V. De Mutatione Punctorum. 16.
VI. De Nomine, ejusque Statu Constructo. 28, 33.
VII. De Pronomine, Præ- & Affixis. 35, 38-40.
VIII. De Verbo Perfecto. 45.
IX. De Verbo Imperfecto, & quidem
1. Defectivis: Pe Nun. 61.
Geminantibus Ajin. 64.
2. Quiescentibus: Pe jod. 67.
Ajin Vau. 70.
Lamed He. 72.
Lamed Aleph. 75.
3. De Dupliciter Imperfectis. 76.
X. De Particulis Præfixis מֹשֶׁה וְכָלֵב 77.
XI. De Figuris Etymologicis, & quidem
Paragoge. 81.
Apocope. 83.
Epenthesi. 86.
Aphæresi. 87.
De Investigatione Radicis. 88.

Part. II. De Syntaxi.

I. Nominis. 91.
II. Pronominis. 112.
III. Verbi. 117.
IV. Particularum. 128.

בהנו״א

בהנ"ל

PART. I.

DE

ETYMOLOGIA.

MEMBRUM I.

De Consonantibus.

§. 1.

Literæ apud Ebræos sunt XXII, quæ omnes sunt Consonantes, scribunturque *à dextra versus sinistram*, quarum *figura, nomen*, insimulq; *potestas* hæc est:

א	aleph *Spiritus lenis.*	1.	מ	Mem	40.
			נ	Nun	50.
ב	Beth	2.	ס	Samech	60.
ג	Ghimel	3.	ע	ain *Spir. asperrimus.*	70.
ד	Daleth	4.			
ה	He	5.	פ	Peh φ	80.
ו	Vau	6.	צ	Zade	90.
ז	Sain	7.	ק	Koph	100.
ח	cHHet	8.	ר	Resch	200.
ט	Tet	9.	ש	Schin ʃ	
י	Jod	10.	ש	Sin ʃ	300.
כ	Caph χ	20.	ת	Thau θ	400.
ל	Lamed	30.			

Divisio literarum.

§. 2. *Dividuntur* hæ literæ

I. *Ratione Figuræ* (α) in *Finales* כמנפץ quæ in fine figuram suam mutant, h. m. 500. 600. 700. 800. 900. ם ן ף ץ (β) in *Dilatabiles* Spatii decore complendi ergo אהרלסמר.

II. *Ratione Organi* in pronunciando in (α) *Gutturales* אחהע (β) *Palatinas* גיכק (γ) *Linguales* דטלנת (δ) *Dentales* זסצרש, & (ε) *Labiales* בומף ubi notissima regula:

Literæ ejusdem Organi facile inter se permutantur.

Quiescentes.

§. 3. Quatuor literæ אהוי interdum sunt *quiescentes* (ut Ebræi loquiamant i. e. non leguntur) & quidem

א *de facto* semper, sed *de jure* absque vocali positum, ut: מַצָּת ma-zá-tha. רֵאשִׁית re-schít, à רֹאשׁ rosch.

ה tantum in fine absque vocali & Mappik (v. §. 14.), ut: הַיְתָה ha-je-thá. הִנֵּה hin-né.

ו quatenus est fulcrum vocalium Cholem & Schurek, ut: יוֹם, jom, קוּם, kum. Sed יְהוָה Jeho-va, קִוָּה Kiv-va, ubi ו est consona, & simul hic cum dagesch forti (vid. §. 9. II.) *Dicis: unde id mihi innotescit*: R. facillime exinde, si immediatè ante vel post ו aut ו est voca-

A

vocalis alia sunt consonæ, ut exempla data indicant.

ו vocali destitutum post (.) (:) vel (.) itemq; inter ו & (-) ut: פְּנֵי pené, non penei. בֵּן ben. חַיֶּיךָ chai-jé-cha. וַיְהִי vi-hí. פָּנָיו pa-náv.

*. Literæ hæ sæpe invicem *alternant*, ut usus docebit. Conf. interim Dn. Danz. Liter. Ebr. Chald. §. 3. obs. 2. p. 19.

MEMBR. II.

DE

Punctis Vocalibus.

§. 4. Consonantibus substernuntur *puncta vocalia*, earum quasi *animæ*, eas quippe moventia & sonare facientia. Vocales autem *ex natura pronuntiationis & ratione Soni* sunt tantum V. nempe *a, e, i, o, u*; at *ratione quantitatis*, dum Sonus vocalium alius est crassior, aut longioris moræ; alius tenuior, aut brevioris moræ, Ebræi ἀνεμβάτας in scribendo studiosissimi, diversitatem illam diversis figuris diligenter notarunt, ut sic x emanent vocalium Species h. m. *Quot vocales?*

Vocales Magnæ ſ. Longæ:		*Parvæ*	*ſ.*	*Breves*
ָ Kamez	â	ַ Patach		a.
ֵ Zere	ê	ֶ Sægol		e.
ִי Chirek magnũ	î	ִ Chirek parvum		i.
וֹ Cholem	ô	ָ Kamez-Chatuph		o.
וּ Schurek	û	ֻ Kübbuz		ü.

Notes: (α) *Fulcrum* τȣ̃ *Chirek magni* rarò; τȣ̃ *Cholem Sæpe;* (præſertim quando eſt mutabile vel in ſtatu Conſtructo) τȣ̃ *Schurek* nunquam perit. Ut: תַּנִּינִם pro תַּנִּינִים ceti (Gen. I. 21.) לְאֹתֹת (Gen. I. 14.) pro לְאוֹתוֹת in ſigna פְּקֹד viſitare & viſita pro פְּקוֹד (β) *Cholem* etiam a puncto שׁ & שׂ contiguo abſorbetur, ut: חֹשֶׁךְ cho-ſchech tenebræ.

Diſcrimen τȣ ָ & ָ *Chatuph.*

Dicis: Quomodo diſtinguam Kamez-Chatuph à Kamez, quum eaâem gaudeant figura? ℞. per regulam ſeq: *Kamez ex Cholem ortum,* [a] *ante* (:) (ſ. expreſſum ſ. ſubintellectum) *ſine metheg* [b] *& tono* [c]; *ante Makkeph* [d] (§. 12.) *& ante Dageſch forte* [e] *eſt Kamez-Chatuph ſ. O breve.*

v. g. [a]. & [b]. פָּעָלְךָ poolchá ex פֹּעַל opus אָהֳלָה oholó (Gen. 13. 3.) cum ה in fine loco ו (§. 3. *) ex אֹהֶל tentorium. וַיָּקָם vaijakom. [b. c.] חָכְמָה chochma, ſapientia, ſed חָכְמָה chachĕma, ſapiens eſt vel fuit.

fuit, d כָּל־טוֹב kol, e רַנְּנוּ ronnu, cantate. Singulare est בַּתִּים battim, non bottim. (conf. §. 9. II. (γ) (א).

§. 5. *Diphthongos* Ebræi non norunt. Norunt autem *Signa & Ministros vocalium absentium*, quæ vitandæ κακοφωνίας ergo rapidissimæ s. *brevissimæ* pronunciationis sunt, nempe

: Scheva	ĕ	dr. Scheva simplex.	*Vocales Spuriæ.*
-: Chateph-Patach	ă	Dicuntur Schevaim Composita, conf. Membr. V. Reg. 4. (vid. §. 8. n. 2.)	
⁼: Chateph-Sægol	ĕ		
⁼- Chateph-Kamez	ŏ		
- Patach-Genubha f. furtivum.	ă		

* *Scheva* & *Chateph* promiscuè apud Rabbinos usurpantur. Dicitur autem Scheva שְׁוָא, quod sit *vanum* aut *falsum* ratione veræ vocalis. חָטַף verò *rapiens* literam scil. cui subscribitur ad vocalem literæ vel præcedentis (& tunc quiescit) vel sequentis (& tunc est mobile). Unde ratione hujus etymi ordine & distincte monstrandum, *ubi & quando scribatur? quando quiescat? & quando sit mobile?*

Scheva.

(1) Scheva ubi & quando scribatur?

§. 6. *Omnis litera mobilis non vocalizata schevatur*, excepta finali, unde Scheva distinguitur in *Expressum* & *Subintellectum*:

ctum: hoc tamen exprimitur in ךְ, & אַתְּ tu fœm. (ubi Dagesch Forte arguit נ abjectum, quod in lingua Chaldæa redit. conf. Buxtorff. in Lex.) & si penultima quoq; litera habuerit (:) ut: וַיִּשְׁבְּ (Num. 21. 1.) & in exilium abduxit; וַיֵּשְׁתְּ (Gen. 9. 21.) & bibit. יַפְתְּ (Gen. 9. 27.) alliciet.

* Irregulariter expressum est (:) in fine horum: וְהָיִיתְ (2. Sam. 14. 2.) וּבָאתְ (v. 3.) וְהוֹצֵאתְ (1. Reg. 17. 13.)

(2) *quando quiescat?*

§. 7. *Scheva quiescit* (s. non legitur) *post vocalem brevem* (nisi illa habeat Metheg, ut: וַיְהִי va-jĕhi) *& in fine vocis*, ut: הִשְׂכַּרְתֵּךְ his car-têch. וַיַּרְא vai jár. Contrà *Movetur* (s. legitur) *ab initio*, ut: בְּרֵאשִׁית bĕre-scith, *post vocalem longam* (nisi ista habeat tonum, ut: לָיְלָה lai-la, non la-jĕla) *post aliud* (:) (nisi sit in fine) ut: וְנִפְקְחוּ vĕniph-kĕchu (Gen. 3. 5.) *& sub litera dagessata*, ut: תִּגְּעוּ tig-gĕu, (ibid. v. 3.)

(3) *quando sit mobile?*

Patach-Gnubha.

§. 8. Loco Scheva (α) *Subintellecti sub ultimis* ח ה & ע, adhibetur - furtivum (גְּנוּבָה à גָּנַב furatus est) quod ita dicitur, eò quòd antecessum consonanti *furatur*, *furtimque* ante eam effertur, v. c. הַגְּבֵהַּ, hagh-

-furtivum ubi occurrat? unde dicatur?

hagh-béah (Jes.17.11.) אֱלֹהַּ doăh. מָשִׁיחַ maschíach, רוּחַ ruăch, רָקִיעַ rakia. יְהוֹשֻׁעַ jeho-schüa. Post alias vocales cessat Patach-Gnubha. *Differt* autem & *dignoscitur* à vero (-), quod illud utpote vocalis brevis sub ultrima litera haut òccurrat. Sed Patach-gnubha pro Scheva (β) *quiescente* aliquando *sub penultimis* ח & ע reperitur, si scil. eas sequitur aliud (:), ut: לָקַחְתְּ lakáacht sumsisti, (1.Reg.14.3.) ubi tamen nonnulli Codices (:) retinent לָקַחַתְּ, שָׁמַעְתְּ, Scha-máat, audivisti (Jer.4.19.) sic יָחַדְ (Job.3.6.) & וַיָּחַדְ vai-jiachd (Exod.18.9.) & lætatus est. Nec hîc sub ח & ע posse esse verum (-), id liquet ex subsequente Dagesch L. & (:). *quî differat à vero (-)*

MEMBR. III.
DE
Syllaba, & *Tono.*

§. 9. Ex Vocalibus s. Sonantibus, & Consonantibus conflatur *Syllaba*, eaque vel *Simplex*, quæ constat ex una vocali *vera* (unde excluduntur *Spuriæ*) unaque consona *mobili* (unde *quiescens*, si adfuerit, pro *nulla* reputatur) ut: בְּרָא ba-rá, גְּלִיתְ ga-li-tha; vel *composita*; quæ ex duabus vel tribus consonis una vocali vera ani- *Syllaba quotuplex?*

matis constat, ita ut *Syllabæ compositæ Signum* sit Scheva quodcunque, Patach-Gnubha, & Dageschh Forte. Ut: דָּם dâm, שַׁמְתֶּם Scham-tem, שָׁמַת, יַחְמֹל, jachă-mol, מִזְבֵּחַ mis-beăch, פִּקֵּד pikkêdh &c. Unde

Tot dantur in voce Syllabæ, quot dantur in ea veræ vocales. Hinc v. g. רִבּוֹ rĕbhú, עֲנִי ăni, רוּחַ ruăch, אֱלֹהִים sunt voces monosyllabicæ. Ut igitur cujuslibet syllabæ sua justa constet dimensio, perfectioque, hæ duæ attendendæ sunt regulæ:

I. *Consonans cum Vocali longa constituit syllabam perfectam: ubi verò ad vocalem longam alia consonans accedit, oportet accentum tonicum adesse.* ut: דָּבָר da-bhâr.

II. *Consonans cum Vocali brevi non constituit syllabam perfectam, nisi accentu, vel Dageschh forti compensetur: alioquin ad syllabam perficiendam necessario attrahit consonantem proximè sequentem*, ut: הַשָּׁמַיִם haſ-scha ma-im. *Si verò tribus hisce rationibus Syllabæ perfectioni non succurritur, abjicienda vocalis est, atque ejus loco substituendum scheva.* Ut: פִּקְּדָה pro פִּקֳּדָה.

Tonus.

Tonus.

§. 10. *Tonus* è regulari ſua natura eſt *in ultima*, & vox dicitur *Milra* (à Chald. מִלְרַע infra) vel *in penultima*, & vox dicitur *Milel* (à Chald. מִלְּעֵיל ſupra) nunquam verò in antepenultima. De Toni igitur ſede facilis conſtat ratio, nec opus eſt, eam regulis regularumque exceptionibus metiri, quippe quæ potius ex ipſa lectione & ſede accentuum hauriri poterit, unde & *Tonici* audiunt (exceptis duntaxat *Præpoſitivis* & *Poſtpoſitivis*) quamvis non *tonum* ſolùm, ſed & *diſtinctionem*, *nexumque ſenſualem ſententiæ* dirigant, hinc quoque *Diſtinctivi* nuncupantur. Dividuntur namque Accentus in *Regios* ſ. *Diſtinctivos*, & in *Miniſtros* ſ. *Conjunctivos*, quorum alii ſupra, alii infra locantur, quorum potiores ſunt, *illorum* quidem: *Silluk* ׀ (i. e. finis, eò quòd in ultima verſus dictione ſemper occurrit) cum ſubjuncto *SophPaſuk* : (i. e. finis periodi ſ. verſus) *Athnach* ֑ hi duo communiter dicuntur *Pauſæ*. *Sakephkaton* ֒ *Sakeph Gadol* ֓ *Ségolta* ֔ *ultimæ literæ proprius*) *Rebhia* ֗ (cubans, quod mediæ literæ ſemper incubet) *Tiph-*

Toni ſedes.

Accentuum diſtinctio.

cha ֭ *Paſchta* ֬ (*ultimæ literæ proprius*) *Sarka* ֮ (*ultimæ literæ proprius*) *Tebhir* ֯ *Paſer* ֡ *Peſik* ֣ componitur ſemper cum aliquo miniſtro. *Teliſcha Gedola* ֠ (*primæ literæ proprius*) *Horum* ſunt: *Merca* ֥ *Munach* ֣ *Mahpach* ֤ *Darga* ֥ *Teliſcha Ketanna* ֟ (*ultimæ literæ proprius*).

(Pro hiſce verò figuris Biblicis Grammatici ſyllabam acuendam rectis lineolis notant)

Plura de Accentuum ratione & uſu conferat, cui volupe eſt præter Schick. in Inſtit. p. 272. ſeqq. Buxtorff. in Theſ. p. 28. in ejusque Tract. de Punct. & Accent. orig. &c. Inprimis Waſm. in Hebr. Reſt. Sect. VI. p. 20. & ex profeſſo in Inſtit. Meth. de Accent. Hebr. Reinb. de Accent. Hebr. Hillig. in Summar. L. S. lib. II. Pfeiff. in Crit. S. Tract. IV. ubi plures hanc doctrinam ex inſtituto tractantes ſtatim à fronte ordine recenſentur.

Retractio Accentus.

§. 11. *Retrahitur* ſæpe Accentus ex ultima in penultimam longam declinandæ δυσφωνίας cauſa ob colliſionem ejusdem toni, ut: קָרָא לָיְלָה kára laì-la (Gen. I. 5.) pro קָרָא, pro ka-rá. Sic etiam ante Makkeph, עָשָׂה־לִי (1. Reg. 2. 24.) pro עָשָׂה. Id a. potiſſimum fit *per* ו *converſivum futuri*

turi vocalibus longis tunc correptis. Conf. doct. de Mutat. Punct. Reg. VI. n. II.

§. 12. Præter Accentus Tonicos datur etiam *Euphonicus* METHEG (מֶתֶג frenum, retinaculum) dictus *qui decore brevi morula syllabam retinet* ſ. *ſuſpendit ante tonum.* Apponitur a. Methegh communiter (1) tertiæ ſyllabæ ſimplici, ante accentum tonicum, ut: לָרָקִיעַ, הָאֶחָד. (2) Vocalibus ante Scheva ſ. ſimplex (in compenſationem extriti Dageſch) ſive compoſitum, ut: חַלְלוּ pro חַלְלוּ, יִהְיֶה, הָאֹרְמָה, נַעֲשֶׂה; vel abjecto (:) נַעֲלָה pro נַעֲלָה (vid. §. 16. reg. IV. n. II.) (3) Interdum quoq; anteDageſch forte in Polyſyllabis, ut: וַיִּתְפְּרוּ (Gen. 3. 17.) יִנְחֵם (Exod. 13. 17.)

Methegh Accentus Euphonicus.

*. E duplici cauſa *duo* quandoque in eadem voce poſſunt eſſe *Metheg*, ut: וְאֲבָרְכָה & benedicam. (Gen. 12. 3.)

duo Metheg.

**. *Officium* ſ. *Metheg* interdum aliquis *tonicorum* ſubit, ut: וַאֲבָרֶכְךָ & benedicam tibi. (Gen. 12. 2. coll. cum 3.) וּלְמוֹעֲדִים & in ſtatuta tempora (Gen. 1. 14). Iſta verò alternatio frequens eſt in libris Metricis, quos vocant, np. אמת

אֱמֶת (i. e. אִיּוֹב Job, מִשְׁלֵי Proverbia, תְּהִלִּים Psalmi) quippe ubi alia est accentuum ratio, quàm alibi.

MEMBR. IV.
DE
Dageſch, Mappik, & Makkeph.

Dageſch quotuplex?

§. 13. *Dageſch eſt vel Lene vel Forte.*

(1) *Lene quid ſit?*

I. *Lene* eſt punctum ventri ſex literarum בְּגִדְכְּפַת impreſſum, tollens ex iis aſpirationem (h) (quæ olim lineola *Raphe* — his ſex literis incumbente notabatur, cujus veſtigia adhuc panca in Lege extant, videſis Exod. 20. 13.) *Imprimitur* autem iis Dageſch L. certis conditionibus, nimirum (1) *ab initio periodi*, [a] (2) *Poſt* (:) *quieſcens* aut ejus vicarium ſc. - furtivum, ſ. medium [b] ſ. finale [c] (niſi ſit in Infin. & Imperat. Kal [d]: neque ex (ר) & (ו) ortum [e]: neque poſt vocalem ex (:) compoſito natam [f]: neque poſt præfixum in Nominibus [g]: neque ante ſuffixa הָ:, כֶם:, כֶן: [h]: neque ante וֹת ejusque pluralem [i]: (unico תַּרְבּוּת multitudo excepto Num. 32. 14.) neque in voce בֶּגֶד veſtis [k])

quando ſcribatur?

[a] בְּרֵאשִׁית [b] וַיִּבְרֹל & diviſit. וַיִּשְׁתְּ & bibit (Gen. 9. 31.) [c] בְּרֵאשִׁית בָּרָא in principio crea-

creavit. יָדָעַתְּ cognovisti (Jer. 50. 24.) רָקִיעַבְּתוֹךְ expansum in medio. d לְעָבְדָהּ ad colendum eam (Gen. 2. 16.) הִרְבוּ cædite (Jer. 50. 27.) e מַלְכֵי ex מְלָכִים Reges. f יֶחֶרְבוּ desolentur (Ezech. 6. 6.) תָּעֳבְדֵם cogeris servire illis (Exod. 20. 5.) g בִּגְבוּרָה in fortitudine (Ps. 65. 7.) h אֲבָלְךָ comedere te (Gen. 2. 18.) דְּבַרְכֶם verbum vestrum i מַלְכוּת regnum, מַלְכֻיּוֹת regna. k בִּגְדוֹ vestem suam (Gen. 39. 12. 13. 14. 15. seqq.

II. *Dagesch Forte* (1) *duplicat literam*, ut: פִּקֵּד pik-kêdh, & omnibus literis, præterquam Gutturalibus earumque æmulæ ר inscribi potest, (quamvis א quater, & ה duodecies analogicè dagessata Masoretæ observarint, vid. interim Wasm. in Hebr. Rest. Membr. 3. p. 16. & Danz. in Litt. Ebr-Chald. p. 115.) (2) *includit* etiam *Lene* literis בְּגַדְכְּפַת inditum, ut: מַתָּן mattan. (3) *Sequitur vocalem brevem*. (4) *Distinguitur* ratione officii

(2) *Forte quid?*

(α) in *Characteristicum*, quando est character certarum Conjugationum, ut: Piel לִמֵּד docuit, & Pûal לֻמַּד doctus est.

Est triplex?

(β) In *Compensativum*, quod compensat literam aliquam abjectam, ut: נָתַתָּ dedisti pro נָתַנְתָּ. Id Chaldæi & horum more

re aliquando Hebræi resolvunt in נ, ut: Job. 18. 2. קִנְצֵי pro קְצֵי fines.

(γ) In *Euphonicum*, quod nulla exigente necessitate Euphoniæ gratia imprimitur literis

vel (א) *Mediis, tum post vocalem longam* cum accentu (maximè in geminantibus Ajin in signum defectivæ literæ) ut: תְּסוֹבְבִי circumdabitis (à סָבַב) הֵחֵלָּה incepit (à חָלַל) sic נִשְׁתָּה defecit (Jes. 41. 17.) pro נִשְׁתָּה (conf. Membr. V. Reg. VI. (δ) Sic pariter absque accentu, si vocales breves repræsentant: בָּתִּים domus (à בַּיִת) fortè ad differentiam בָּתִּים (vid. Sennert. ad Trost. Gram. Ebr. p. 120. & Buxtorff. in Lex.) עֲרֻמִּים nudi (Gen. 2. 25.) pro עֲרֻמִּים (Gen. 3. 7.) הַיּוֹלֵד qui natus est (Jud. 13. 8.) pro הַיִּלֹּד, וַהֲמִיתִין & occidi illum (1. Sam. 17. 35.) *tum in litera schevata*, ut: מִקְדָּשׁ sanctuarium (Exod. 15. 17.) pro מִקְדָּשׁ, עִקְּבוֹת vestigia (Ps. 89. 52.)

vel (ב) præter morem Dagesch Fortis literis aliquando *initialibus*, idque vel *per Makkeph* (quod Ebræis vocatur Dagesch דָּחִיק Arctator) ut: מַה־טּוֹב וּמַה־נָּעִים quam bonum & quam jucundum. (Ps. 133. 1.) מַה־תֵּעָשֶׂה־לּוֹ quid facies ei? (Job.

35.

35. 6.) vel *sine Makkeph* (& tum dicitur אֲתֵימֵרְחוֹק veniens è longinquo, i. e. post Milel) ut: מַה־זֹּאת עָשִׂיתָ לִּי quare hoc fecit mihi (Gen 12. 18.) וְהַלְלוּךָ סֶלָה laudabunt te Sela (Pſ. 84. 5.) הָבָה נִתְחַכְּמָה age ſapientia utamur (Exod. 1. 10.)

* מַה quandoque cum ſequente vocula coaleſcit in unam, ut: מִזֶּה quid hoc? (Exod. 4. 2.) pro מַה־זֶּה, מַלְּכֶם quid vobis? (Jeſ. 3. 15.) pro מַה לָּכֶם, מַהֵּמָּה quid iſti? (Ezech. 8. 6.) pro מַה הֵמָּה, ut in his Majoretarum ף indicat. Sic & מַרּוּעַ quare? eſt compoſ. ex מַה & רוּעַ q. d. quæ ſcientia, aut ratio eſt. Conf. Danz. in Interpr. Ebr-Chald. §. 162. p. 21. & 282. & Buxtorff. in Lex.

**. Dageſch in voce שִׁתִּים pro שְׁנַתִּים eſt irregulare: accuratè enim loquendo neque eſt Forte, neque Lene, quamvis ad hoc propius, quam ad illud accedat. Adi de hoc diſſerentem Danz. in Litt. Ebr-Chald. §. 11. 103. 104. 105. & Pſeiff. Introd. in Orient. p. 60.

§. 14. *Mappik a*) eſt punctum literæ ה finali vocali deſtitutæ impreſſum, indicat eam moveri, ut: גַּבֵּהּ turgidus, ſuperbus fuit, נָגַהּ fulſit, אֱלֹהַּ Deus; *Mappik.*

(4

a) מַפִּיק Producens Part. Aphel rad. נפק Exire, Prodire, producens sc. ה e numero quiescentium, & quasi domi latitantium, vid. §. 3.

Makkeph. §. 15. *Makkeph a*) est lineola transversa duas vel tres diversas voces copulans ad continuam pronunciationem, ut ־: כֹּה־אָמַר sic dixit. Coinsidit igitur cum linea *Hyphen* in semper-lenitas, antemalorum, Brema-Saxo. Vox verò ante Makkeph privatur tono suo & sic plerumque datur ansa mutationi vocalis longæ in brevem, de qua conf. Membr. V. Reg. VI. n. III.

a) מַקֵּף cingens Partic. Hiphil radicis inusitatæ נָקַף.

MEMBR. V.
DE
Mutatione Punctorum.

§. 16. Puncta varias ob causas variè inter se mutantur: quam doctrinam scitu apprimè necessariam, antequam ulterius provehamur, hic statim delibare animus est, ita quidem, ut eam non more nonnullorum ἐν παρόδῳ & primis quasi digitis attingamus, id enim esset nil scire solidi; neque usui committamus, is quippe justo fortasse longior foret, & sic usus sine usu, sed potius eam penitius introspicien-

do

do omne tædium longioris usus abstergeamus his VI. succinctis & perspicuis Regulis.

Mutatio Punctorum fit ob incrementum & statu constructum vocis (α) perfecta.

Reg. I. *Kamez* [a], *Zere* [b], (pura i. e. non implicantia Dagesch forte l. literam quiescentem) *Sægol* [c], *Patach* [d], (in syllaba simplici) & *Cholem* [e] *penultima & ultima ob incrementum* (tonum simul secum trahens) *& statum constructum corripiuntur in scheva.* e.g. [a] à מִשְׁלַח fit מִשְׁלַחְתָּם; sic *in statu Constr. Sing.* à יְרֵא fit יִרְאַת יְהוָה timens Domini. *Ultimum* ante affirmativas verb. ה_, י_, ו_, à מָצָא invenit fit מְצָאתִי, à fut: אֶמְצָא, אֶמְצָאֵהוּ; [b] ex לֵב fit לִבִּי cor meum, ex שֵׂעָר constructè שְׂעַר רֹאשׁ pilus capitis (Num. 6.18.) *ult.* ante afform. verborum uti (-) [c] ex מֶלֶךְ, מְלָכִים Reges, מַלְכִּי Rex meus pro מַלְכִּי (vid. Reg. III.) [d] ex נַעַר, נְעָרִים juvenes. *Ultimum* in afform. verb. uti (-) & (..) ex פָּקַד, פָּקְדָה־וּ (ℒ. 9. II.) [e] ex בֹּקֶר manè fit לַבְּקָרִים (ℒ. 27. (3) singulis matutinis (Ps. 73. 14. & 101. 8. Thren. 3. 22. coll. cum Job. 7. 18.) ex קֹדֶשׁ sanctitas קָדָשִׁים (vid. Buxtorff. in Lex.) & קֳדָשִׁים (2. Paralip. 35. 13.) & præter analogiam קָדָשִׁים (Exod. 30. 10.) קָדְשׁוֹ (Deut. 12. 26. Chron. 15. 18.) sic ex שֹׁרֶשׁ fit שָׁרְשָׁיו radices ejus (Job. 18.

16.) *ultimum* in afform. verb. י, & ו, ut: ex מְשֹׁל est מִשְׁלִי־וּ, ex תִּמְשֹׁל, תִּמְשְׁלִי־וּ.

Notæ:

(1) *Kamez* (א) *penultimum* eo casu quandoq; *manet*, & quidem (α) *sub litera Dageschata*, ut: in Niph. הִזָּכְרֻכֶם (Ezech. 21.29.) commemorari vos i. e. quia vos in memoria versamini: in Nom. אֶת־בַּקָּשָׁתִי (Esr.5.8.) petitionem meam. נֶחָמָתִי (Job. 6. 10.) solatium meum. Sic & constructè וְאֶת־פָּרָשַׁת כֶּסֶף (Esth. 4. 7.) & expositionem argenti. (β) *Sub* מ *Heemantico* (§.18.) *vocis è radice geminante 2dam*, ut: מָגִנִּים (1. Reg. 10. 17.) & constructè מָגִנֵּי הַזָּהָב (1. Reg. 14.26.27.) scuta aurea, ex מָגֵן rad. גָּנַן protexit. Sic ex מָעוֹז robur fit מָעֻזֵּךְ (Jes. 17.10.) roboris tui. Radicis עָזַז roboravit. (γ) *Ante* וּת & יוֹת verb. לה ut: וְגַלּוּתִי (Jes.45.13.) & abductionem meam, i. e. metonymicè abductos meos sc. in captivitatem, à גָּלָה. דָּלִיּוֹתָיו (Jer. 11.16.) propagines ejus. Ex inusit. דָּלִית rad. דָּלָה extulit, hausit; וְהָרִיּוֹתָיו (Hos.14.1..) & וְהָרוֹתֵיהֶם (2. Reg.8. 12.) & prægnantes eorum, ab הָרָה concepit. (δ) *Ante* לא: וּמֹצָאֹתָיו (Mich.5.1.)

&

& exitus ejus. Et מוֹצָאֵיהֶם (Num. 33. 2.) exitus ipsorum. חֲטָאֵיכֶם (Jes. 1. 18.) peccata vestra. sed cf. הַשִּׁיגֹתֵינוּ

(ב) *Kamez ultimum mutatur* in statu constructo singulari & ante suffixum כֶם & כֶן in (-) ut: שַׁבַּת הָאָרֶץ (Lev. 25. 6.) Requies terræ, דְּבַרְכֶם־כֶן verbum vestrum.

(2) *Zere* (אַ) in paucis præsertim post (:) *manet*, & quidem (א) *penultimum*, e. g. וּתְאֵנָתֶךָ (Jer. 5. 17.) & ficum suam. בִּגְנֵבָתוֹ (Exod. 22. 2.) pro furto suo. מַגְּפֹתַי (Exod. 9. 14.) plagæ meæ &c. Sic & *in Statu Constructo* תֵּבַת à תֵּבָה arca זֵעַת à זֵעָה sudor. (ב) *Ultimum* ut: זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת (Zach. 8. 4.) senes & anus. חֲפֵצִים (Mal. 3. 1.) desiderantes. *Constr.* חֲפֵצֵי (Ps. 35. 27.) כְּבֵדוֹ (Prov. 7. 23.) Jecur ejus. (ב) *Mutatur* quemadmodum (ד) in statu Constr. Sing. in (-) ut: זְקַן בֵּיתוֹ (Gen. 24. 2.) senem domus suæ. absolutè זָקֵן, כְּבַד־פֶּה וּכְבַד לָשׁוֹן (Exod. 4. 10.) gravis ore & gravis lingua (sum).

*. Singularia, quæ (..) mutant in (ד) usus docebit. conf. interim Wasm. Ebr. Rest. Reg. 46. Memb. 3. (δ) p. 226.

(3) *Sægol* & *Patach* crescente voce in יִם *mutantur* (a) in (ד) ut: כְּלָבִים à כֶּלֶב

canis. פְּעָמִים à פַּעַם vice. (b) (ּ) in *Statu Constr. S. N. mutatur* in (ַ) ut: מִקְוֵה congregatio, constructe מִקְוֵי (vid. §. 21.)

*. *Sægol & Patach* cum cholem *transponuntur* in his: ex בֹּהֶן pollex est בְּהוֹנוֹת (Jud. 1. 6.) ex נֹגַהּ splendor, נְגֹהוֹת (Esa. 59. 9.) ex נֹכַח coram est נְכֹחוֹת (Esa. 26. 10.)

(4) *Cholem* (א) *penultimum & ultimum* in Nom. crebro *manet*. Ut: אָהֳלִים (Gen. 25. 27.) tentoria, אָהֳלֶיךָ (Num. 24. 5.) tentoria tua, לְאָהֳלָיו (Jud. 7. 8.) in tentoria sua. Sed sec. reg. coll. cum reg. IV. מֵאָהֳלֶיךָ (Job. 22. 23.) à tentoriis tuis; Sed sequente (:) in (ר) Chatuph *mutatur*, ut: קָדְשִׁי sanctitas mea, pro קָדְשִׁי.

*. Quod (ִ) cum (ּ) & (־) *transponatur*, vid. * præced.

(β) vocis imperfectæ

Reg. II. *Vox defectiva* (α) *radicis geminatæ si longa, alleviatur in similem brevem cum Dageſch; si brevis modò additur Dageſch*, ut: à יָם fit יַמִּים maria, à תֹּם, תֻּמּוֹ (Job. 21. 23.) integritas sua, à קָצֶה, קִצּוֹ (Jes. 37. 24.) finis ejus, חֵץ facit חִצִּים (2. Sam. 22. 15) sagittæ, Constr. חִצֵּי (Ps. 120. 4.) אֵשׁ ignis אִשּׁוֹ (Deut. 4. 36.) שֵׁשׁ sex,

sex, שִׁשִּׁים sexaginta; רַב facit רַבִּים multi. In nonnullis pro (-) *alternat* euphonicè (.) (conf. §. 17. n. 5) inp. לְצָרִים צַר (Jud. 2. 3.) ad latera. Constr. צָרֵי (Exod. 26. 13) sic פַּת frustum, סַף limen, מַס tributum. (β) *E radice non geminata manet*, ut: עֵץ lignum, arbor, facit עֲצִים (Lev. 1. 7.) מֵת mortuus, מֵתִים (2. Reg. 19. 35.) Constr. מֵתֵי (Thren. 3. 6.)

* *Singularia* quædam *variant*, ut: שֵׁם nomen cum Aff. sec. Reg. I. שְׁמִי, שִׁמְךָ (Reg. seq.) nomen meum, tuum. Plur. שֵׁמוֹת & constr. שְׁמוֹת; sic בֵּן filius, בָּנַי, בִּנְךָ filius meus, tuus. Pl. בָּנִים constr. בְּנֵי. פֶּה os, oris, constr. פִּי צַדִּיק (Pſ. 27. 30.) os justi. Cum Aff. פִּי (Gen. 45. 12.) pro פִּיי os meum, פִּיךָ וְעִם פִּיהוּ (Exod. 4. 15.) cum ore tuo, & ore ejus. Plur. פִּים ora (1. Sam. 13. 21.) & פִּיוֹת (Jud. 3. 16) & פִּיּוֹת (Prov. 5. 4.) & geminatè פִּיפִיּוֹת (Pſ. 149. 6.)

Reg. III. (I) *Duorum* (α) *Schevajim Simplicium prius* (mobile) *mutatur in* (.), *posteriori*, *si sub sit*, *prorsus sublato*. Ut: בִּרְקִיעַ in expanso, pro בִּירְקִיעַ, בִּימֵי pro בְּיִמֵי in diebus; *interdum in* (-) (præsertim ubi (:) è (:) prognatum est) ut: מַלְכִּי Rex

Ob concursum (1) Schevajim simplicium.

 meus,

meus, pro מְלֻכִי ex מֶלֶךְ; *aliquando etiam in* (ֵ) (sub gutturalibus antea zeratis) ut: חֶפְצִי voluntas mea, pro חֶפְצִי ex חֵפֶץ.

(β) *Trium Schevajim mutatur medium.* e. g. גְּבִרְתִּי hera mea pro גְּבִרְתִּי (vi reg. I.) ex גְּבֶרֶת.

(2) *Simplicis & compositi.*

(II) *Scheva simplex* (a) *ante compositum* mutatur in similem brevem. v. c. וַאֲנִי pro וְאֲנִי & ego, כֶּאֱנוֹשׁ sicut homo, pro כְּאֶ־, וַחֲלִי & morbus pro וְחֲ־. In paucis contingit *Crasis*, scil. pro לַאֲדֹנִי, domino meo fit לַאדֹנִי (Psal. 110. 1.) pro כֶּאֱלֹהִים sicut Deus, fit כֵּאלֹהִים (Gen. 3. 5) pro לֶאֱמֹר dicendo fit לֵאמֹר. Sed (b) *Scheva compositum ante simplex* abjicit suum Chateph s. Scheva, relicta sola vocali & vice versa. Ut: pro יַעֲמְדוּ fit יַעַמְדוּ vel יַעְמְדוּ, וַיַּעַשׂ per apocop. pro וַיַּעֲשֶׂה.

Ob Gutturales.

Reg. IV. *Gutturales pro* (:) (α) *Mobili adsciscunt Scheva compositum*, & quidem (1) -: communiter, ut: אֲמַרְתֶּם pro אֲ־ dixistis, הֲלֹךְ ire pro הֲ־, צָחֲקָה risit, pro זַרְעֲךָ צָחֲ־ semen tuum, pro זַרְעֲךָ. (2) ∵ fere sub א in Imperat. & Infin. Kal, & in Nominibus quibusdam, ut: אֱכֹל, comedere אֱמֹר dic, אֱלֹהַּ Deus; sic & הֱוֵה esto, הֱיוֹת esse, חֱיֵה vive.

(3)

(3) τ: rarò, in origine ſcil. ex (ו) ut: חֳדָשִׁים menſes ex חֹדֶשׁ novilunium.

Pro: (β) Quieſcente compoſitum conformant vocalibus præced. (-) (∵) & (τ) chat. *analogum*, ut: הַחֲזֵק prehende firmiter, pro הַחֲזֵק, אֶעֱבֹר tranſibo, pro אֶעְ־, יַעֲמֹד ſiſtiſtor, pro יַעְ־, אָהֳלִי tentorium meum.

(.) a. ſi præceſſerit, valet Canon Grammaticorum: *Gutturalis punctat ſe & præcedentem.* Quum n. Scheva compoſitum non referat ſonum (i) ſic gutturalis punctando ſe vel (-:) vel (∵:) transformat (.) in analogam brevem. v. g נַעֲשֶׂה faciemus, pro נִעְשֶׂה, הֶאֱמִין credidit, pro הֶאֱמִין, נֶעֱלַם abſconditum fuit, pro נִעְלַם, רַחֲצוּ lavate, pro רִחְצוּ.

Dicis: *quomodo ſciam, ubi (:) eo caſu in (-:) vel (∵:) tranſeat?* R. (∵:) fere adhibetur in Præt. & Partic. Niphal, Præt. Hiph. & ſub א fut. Kal; (-:) in Imperat. & fut. Kal. prima radicali exiſtente עחה.

*. *Scheva Compoſitum* quandoq; iterum *in ſimplex quieſcens* abit, ſigno compoſitionis nihilominus ſub præcedente litera manente, ut: נֶהְפַּךְ (Exod. 7. 15.) converſus fuit, הֶעְלִים (2. Reg 4. 27.) abſcondit. *Inprimis ſub* ח, ut: נֶחְבָּא (Jud. 9. 5.) abſcondit ſe. הֶחְבִיאָנִי (Jeſ. 49. 2.) abſcondit me.

 **.

**. עַחַהּ tertiæ radicales & analogicè inter conjugandum (:) admittunt, ut: שָׁמַעְתָּ audivisti. שְׁלַחְתֶּם misistis.

Ob Dagesch exclusum.

Reg. V. *Exclusum Dagesch* (sc. ex gutturalibus & ר vi §.13.11.) *producit* in (-) (τ) (.) & (:) in (..), τ Chatuph & (ֽ) in (ו), ut: הָאָדָם pro הָא־, בֵּרֵךְ pro בֵּרֵךְ, benedixit, הֹרַג pro הֻרַג. occisus est.

* *Breves quandoque non producuntur*, potissimum (-) ante ה & ח, ut: הַחֹשֶׁךְ tenebræ (Gen. 1. 4. 5.) הַהֹלְכִים ambulantes (Ps. 119. 1.) sic נִחֵשׁ auguratus est, יִחַם solatus est se & alium.

** Literæ *non-gutturales* etiam *Dagesch F.* interdum *excludunt*, vocali longa id compensante. Ut: וַיִּתְפַּקְדוּ recensiti sunt (Jud. 20. 15.) pro וַיִּתְפַּקְדוּ, הֵתֵל illusit (Gen. 31. 7.) pro הִתֵּל, Imp. הָתֵל Fut. תְּהָתֵלוּ (Job. 13. 9). Præsertim verò *literæ schevatæ*, Methegh (s. expresso s. subintellecto) id compensante, nt: וַיְהִי pro וַיְהִי, הַלְלוּ pro הַלְלוּ, וַיְכַל (Gen. 2. 2.) pro וַיְכַל.

Ob Accentus (1) Regios.

Reg. VI. *Ob Accentus I. regios s. distinctivos, maximè Silluk, Athnach, Sakephkaton, & Rebhia* (vid. §.10) *potest mutari* (α) (-) ac (:) in (τ) ut: מָיִם aqua, pro מַיִם, זָרַע

זֶרַע ſemen (Gen.1.29) pro זֶרַע. (β) (ֵ:) in (וֹ) ut: חֹלִי (Deut. 7. 15.) ex חֳלִי morbus. (γ) *Scheva in* (ֵ:) ut: יֶחִי pro יְחִי ſic & עֶדִי (Ezech.16.11.) ex עֲדִי ornatus. *Præſertim ante ſuffixa*, ut: עַבְדֶּךָ ſervus tuus, pro עַבְדְּךָ; & (δ) *ante terminationes verbales in eam vocalem, ex qua ortum eſt*, ut: יָצְאוּ exierunt, pro יָצְאוּ ex יָצָא, יָרְאָה timuit, pro יָרְאָה ex יָרֵא. *Et* (ε) *Suffixum* ךָ *in particulis* ב, ל, אֵת, & עִם *tranſponitur cum* ךָ, ut: בָּךְ in te, pro בְּךָ, לָךְ tibi, pro לְךָ, ſic אִתָּךְ tecum (Prov. 2. 1.) אוֹתָךְ te (Jud. 13. 15.), עִמָּךְ tecum (Gen. 29. 25).

II. *Ob accentum retractum per* ו *converſivum futuri* vocalis longa corripitur in analogam brevem, ut: וַיֹּאמֶר & dixit, pro וַיֹּאמֶר, וַיָּקֹם (Gen.4.8) & inſurrexit, pro וַיָּקוּם (vid. §. ſeq. n. 3.) (2) *Ob accentũ retractum.*

III. *Ob ablationem accentus tonici per Makkeph* corripiuntur (ֵ) in (ֵ:) & (וֹ) in (ֵ) Chatuph, ut: וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר pro וְאֵת־כָּל־. (3) *Ob Makkeph.*

* Iſta correptio *non fit* ſi præcedit Makkeph *litera quieſcens* (ſ. immediatè ſ. mediatè) ut: כֹּה־אֲשֶׁר ſic dixit, יוֹם־בְּשֹׂרָה (2. Reg. 7. 9.) dies nuncii boni. Sic & extra eum caſum,

casum, ut: תֵּת־כֹּחָה (Gen.4.12.) dare vim suam.

Alternatio Euphonica.

Ob Euphonicam alternationem.

§. 17. Mutationem punctorum excipit EUPHONICA eorundem ALTERNATIO, ad quam verò non prius confugiendum, quàm vera ratio mutationis secundum adductas regulas defecerit, alioquin foret asylum ignorantiæ. Alternant autem invicem.

(1) *Kamez & Patach*, ut: עָם & עַם populus, הָר & הַר mons, רָע & רַע malus, : sic אָח frater, אָחִי, אָחִיו, sed in plur. אַחִים, אַחֶיךָ &c.

(2) *Zere & י.* maximè in Hiphil, ut: וַיַּבְדֵּל (Gen.1.4) & divisit, pro וַיַּבְדִּיל, הַאֲזֵנָה (Gen.4.22.) auribus percipite. (conf. §.13.11.(γ)(א)) sic תּוֹמִיךְ (Ps.16.5) sustentans, Part. Benoni pro תּוֹמֵךְ (Amos.1.5.) & ita יוֹסִף (Jes.29.14) addens (sum) i. e. addo.

(3) *Cholem, Schurek & Kibbuz*, ut: אָרוּם (Ps.46.11) Exaltabor, וְיָלֹם (Num. 24.7) & extolletur. הוּקַם & הֻקַּם constitutus est. Hoph תְּמֻתוּן (Gen.3.3.4.) moriemini, pro תָּמוּתוּ (conf. §.16. Reg.1.) cum ן parag. עֵילֹם (Gen.3.10) nudus, Plur. עֵירֻמִּים (ibid. v. 7.)

(4)

(4) *Patach & Sægol*, ut: יֶדְכֶם pro יַדְכֶם Manum vestram. פֶּחָה & פַּחַת Dux. Aff. לְפֶחָתֶךָ (Mal. 1. 8.) Duci tuo. פֶּחָם (Nehem. 5. 14.) Dux eorum, contractè pro פֶּחָתָם. Plur. פַּחוֹת (1. Reg. 20. 24.) & פַּחֲוֹות (Esr. 8. 36.) *Patach* aliàs perpetuum fere est pro Sægol ante vel sub הה & ע tam ultima quàm penultima, v. g. נֹגַהּ Splendor. formæ קֹדֶשׁ sanctitas. זֶרַע semen formæ נֶפֶשׁ anima. דַּעַת pro דֶּעֶת, sic לַהַט & לַהַב flamma. תַּחַת sub. Dicitur *Patach vicarium*.

(5) *Chirek & Patach*, ut: יְלִדְתִּיךָ (Ps. 2. 7.) Genui te. pro יְלַדְתִּיךָ.

(6) *Sægol & Kamez*, ut: הֶהָרִים (Gen. 7. 20) montes. אֶחָד unus, formæ חָכָם sapiens. הָאָרֶץ pro אֶרֶץ sic semper post (ד) Præfixi.

(7) *Sægol & Chirek* p. ut: פְּרִיךָ (Hos. 14. 9.) fructus tuus. וּפְרִיכֶם (Ezech. 36. 8.) & fructus vester. Sed פִּרְיוֹ (Lev. 19. 23.) fructus ejus: Sic אִשָּׁבַע (Gen. 21. 24.) & אֶשָּׁבַע (1. Reg. 2. 8.) Jurabo: sic הֶרְאָה (Gen. 41. 28.) pro הִרְאָה ostendit.

(8) *Kamez-Chatuph & Kibbuz*, ut: הָשְׁלַךְ (Dan. 8. 11.) pro הָשְׁלַךְ abjectus fuit (conf. & 2. Sam. 20. 21.)

(9)

(9) *Scheva simplex & Compositum*, ut: וְזָהָב (Gen. 2. 13.) & aurum, לֻקָּחָה (v. 23.) sumpta est, יְפִי & יָפִי pulcritudo.

MEMBR. VI.

DE

Nomine.

Forma. §. 18. *Nomen* est vel *Nudum*, constans ex solis literis radicalibus, & solis punctis à radice differens; vel *Auctum*, quod præter literas radicales habet aliquam l. plures ex literis servilibus essentialibus הֶאֱמַנְתִּיו, quæ si præfiguntur, dicuntur *Præformativæ*, *quarum ordinarium punctum est* (:); si affigantur, *Afformativæ*. Ceterum formas Nominum tam Nudorum quam Auctorum conferre licet apud Wasm. Danz. & Hillig. in Tabula ex Buxtorffii Thes. concinnata.

Genus. §. 19. *Genus* apud Ebræos, ceterosque Orientales est tantum *duplex*: *Masculinum & femininum*, dignoscendum vel ex *Significatione*, ubi etiam adhibe duas Regulas generales apud Latinos; vel ex *terminatione*, de qua Regula:

Desinentia in ה (exceptis Numeralibus à tribus ad decem ut: שְׁלֹשָׁה tres M. שָׁלֹשׁ F.) & ת *servile* (np. ת֫, ית֫, ות֫, ת֫) *sunt feminina, cetera Masculina.* †

† *Neutrum* per Ellipsin substantivi exprimitur, vid. P. II. §.

* Quædam vi constructionis sacræ vel (α) sunt *semper feminina*, licet non sint terminationis vel significationis femininæ, ut: אֹזֶן auris, לֶחִי maxilla, בֶּרֶךְ genu, עֶצֶם os, sis, נַעַל calceus, אֶבֶן lapis, חֶרֶב gladius, בֶּטֶן venter, בְּאֵר puteus, עִיר urbs &c. Vel (β) *frequentius feminina*, ut: יָד manus, אֶצְבַּע digitus, עַיִן oculus, רֶגֶל pes, אֶרֶץ terra, נֶפֶשׁ anima, צֵלָע costa, פַּעַם vice, קֶרֶן cornu, יָמִין dextera, עָב nubes, צִפּוֹר avis, Conf. Wasm. Hebr. Rest. C. III. p. 65. (α) & Danz. in Litt. Ebr. c. III. p. 282. seqq.

** Pleraque *nomina animalium* sunt *Epicœna*, quæ una terminatione sexum utrumque, ut tamen alteruter prævaleat, exprimunt. Sic prævalet *Masculinum* in his: דֹּב ursus, נֶשֶׁר aquila, כֶּלֶב canis, גָּמָל camelus, זְאֵב lupus, נָחָשׁ serpens &c. *Femininum* in his: חֲסִידָה ciconia, יוֹנָה columba, אַרְנֶבֶת lepus (Lev. 11. 6.) &c. Dantur præterea nonnulla *Communia*, ut: אוֹת signum, רוּחַ spiritus, לָשׁוֹן lingua, דֶּרֶךְ via, זָקָן barba, עֵת tempus, אֵשׁ ignis, שֵׁן

שֵׁן dens, שְׁבָת quies, תְּהוֹם abyssus. &c.
Sic etiam *Numeralia* à 20. ad 100.

Motio. §. 19. *Masculinis in femininum genus movendis additur* ה (ה si adfuerit prius exclusō) ut: אִישׁ vir, אִשָּׁה qsi vira, מֶלֶךְ Rex, מַלְכָּה Regina, דָּג F. דָּגָה Piscis; טוֹב bonus, טוֹבָה bona, יָפֶה Pulcher, יָפָה pulchra, עֹשֶׂה faciens, עֹשָׂה quæ facit.

* Masculinum in י exiens femininum format adjiciendo ת, e. g. יְהוּדִי Judæus, (Esth.3.4.6.) יְהוּדִית Judaicè, linguâ Judaicâ (2. Reg.18.26.) שֵׁנִי secundus, שֵׁנִית secunda & secundo, iterum; aut regulariter י saltim dageſſando, v. c. עִבְרִי Ebræus, עִבְרִיָּה Ebræa.

Numerus. §. 20. *Numerus* in Nomine *triplex*: *Singularis*, *Dualis*, & *Pluralis*.

I. *Dualis* (qui fit è Solis substantivis res naturâ, vel arte geminas significantibus) *terminatur in* ַיִם (ה fem. si adest in ת conversō) ut: יָדַיִם ex יָד manus, ex נַעַל calceus fit נַעֲלַיִם par calceorum; ex שָׂפָה labium fit שְׂפָתַיִם.

II. *Pluralis Masculinorum* fit *in* ִים (ה ejectō); *Femininorum in* וֹת (ה & ת servili ex tritis) ut: אֲנָשִׁים viri. ab אִישׁ, גְּדוֹלִים magni, Magnates, à גָּדוֹל, יָפִים pulcri à יָפֶה; sic יָפוֹת Pulcræ à יָפָה; כְּתָרוֹת Coronæ

næ ex כִּתֹּרֶת, מִשְׁכִּיּוֹת ex מִשְׁכִּית, imaginatio, effigies; מַלְכִיּוֹת ex מַלְכוּת regnum.

* *Terminationes* istæ quandoque *permutantur*, dum *quædam Masculina assumunt pluralem femininorum, & contrà Feminina Masculinorum*, (salvo genere) ut: אָב, אָבוֹת patres, sic מָטָר pluvia, קוֹל vox, שֵׁם nomen, עָפָר pulvis, עֵשֶׂב herba, צָבָא exercitus, מִזְבֵּחַ altare, שִׁנַּיִם nates. *Contrà Fem:* אֶבֶן, אֲבָנִים lapides, sic גֶּפֶן vitis, בֵּיצָה ovum, יוֹנָה columba. עִיר urbs, עִירִים & עָרִים constr. עָרֵי. Paucula *utramque terminationem* admittunt. Ut: עֶצֶם os, ossis, שָׁנָה annus, עֵת tempus, עָב nubes, הֵיכָל M. palatium, templum.

** In pauxillis (1) pro terminatione ים occurrit (α) *terminatio Chaldaica* ין., ut: מְלָכִין Reges (Prov. 31. 3.) &c. (β) ad formam Status Constructi *Syrorum* est י, ut: גּוֹבֵי (Nah. 3. 17.) & sine ו (Amos. 7. 1.) Locustæ, pro גּוֹבַיִם sic חַלּוֹנֵי (Jer. 22. 14.) fenestræ. חוֹרֵי (Esa. 19. 9.) foramina. שָׂרֵי (Jud. 5. 15.) Principes.

(2) ת *Servile Femin. manet in Monosyll.* ות & ית, ut: זְנוּתֵיכֶם (Num. 14. 33.) Scortatio-

tationes vestras. שְׁחִיתוֹתָם (Thren. 4. 20. Ps. 107.20.) foveæ istorum. Sic & חֲנִית hasta, שְׁבוּת, & שִׁבְיָת captivitas. *Et in bisyll.* עֵדוּת testimonium, cum ו mobili עֵדוֹתָיו testimonia ejus (2. Reg. 17.15.) עֵדוֹתֶיךָ (Ps. 119.14. 35.99. 111.144.)

*** *Nonnulla in Plurali* (α) (ו) *vel* (י) *resolvunt in* ו *mobile*, v. c. חוֹחַ Spina, (præter חוֹחִים) facit חֲוָחִים (1. Sam. 13.6) שׁוֹר bos, שְׁוָרִים (Hos. 12.11) דּוֹר Canistrum, (præter דּוּרִים) דְּוָרִים. (2. Chron. 35.13.) שׁוּק Platea שְׁוָקִים (Cant. 3.2) (β) י in ו *mobile*, in formis גְּרִי, ut: גְּרָיִים hædus facit (1. Sam. 10.2) שִׁפּוֹי clivus, שְׁפָיִים (Jer. 3.21. & defectivè v. 2.) אֲרִי Leo, אֲרָיוֹת (1. Reg. 10.20.) & אֲרָיוֹת (v. 19.) חֳלִי morbus, infirmitas. חֳלָיִים (2. Chron. 21.15. & cum defectu י Deut. 28.59.) *Ita & in his:* עֵיר pullus (asini) עֲיָרִים (Jud. 12.14.) תַּיִשׁ hircus, תְּיָשִׁים (Gen. 30.35. & 32.15.) ab עַיִן fit etiam plur. עֵינוֹת fontes (Deut. 8.7.) & constr. עֵינֹת (Exod. 15.27.) *Tria* (ו) in (ד) *mutant*: יוֹם dies יָמִים, רֹאשׁ caput רָאשִׁים, אֱנוֹשׁ homo, אֲנָשִׁים.

† *Pluralia tantum* sunt Nomina *Ætatum* & pauca alia, ut: נְעוּרִים pueritia, עֲלוּמִים adolescentia, בְּתוּלִים virginitas. זְקוּנִים

זְקוּנִים senectus; sic חַיִּים vita, פָּנִים facies. תּוֹלְדוֹת generationes.

§. 21. *Status Nominis* est *duplex* vel *Absolutus* vel *Constructus* seu *Regiminis*. *Status* a. *Constructus* s. *Regimen* dicitur, quando duorum Substantivorum rei diversæ *prius Regens* mutat formam absoluti & *posterius Rectum* effertur in *Genitivo*. *Mutatur* verò *forma absoluti & quoad puncta*, (tam penultima quàm ultima vi Reg. I. §. 12.) *& quoad terminationes*, & quidem *Status Constructus.*

Sing. M. ֶה in ֵה ut: מִקְוֶה *constructè* מִקְוֵה הַמַּיִם (Gen. I. 10.) congregatio aquarum.

ַי *per Crasin in* (..) v. g. בַּיִת domus, C. בֵּית אֵל domus Dei: לַיִל nox C. לֵיל & cum ה paragog. לַיְלָה, *qno casu* (.) *in* (:) *mutatur*. *Huc refer* דַּי sufficientia C. דֵּי.

F. ָה in ַת ut: דָּגָה *Constr.* דְּגַת הַיָּם (Gen. I. 28.) piscem maris.

Plur. M. ִים & Dual. ַיִם in ֵי, ut: פָּנִים C. פְּנֵי הָאָרֶץ (Gen. I. 2.) facies terræ. Sic מַיִם *constr.* מֵי הַמַּבּוּל (Gen. 9. 11.) aqua diluvii (pro מֵי *occurrit etiam geminatè* מֵימֵי (Exod. 7. 19.) *& sic semper cum*

 affi-

affixis, מֵימֶיךָ (Num. 20. 19.) aquas tuas)

† שְׁנַיִם duo, & שְׁתַּיִם (vid. §. 13. **) duæ *cum voce* עָשָׂר & עֶשְׂרֵה *decem. Constructa* ם *plerumque retinent*, np. שְׁנֵים, שְׁתֵּים conf. Gen. 17. 20. & 5. 8. & 14. 4.

* *Tria Nomina* אָב pater, אָח frater, & חָם socer *Statum Constructum (& suffixum) formant mediante* י, ut: אֲבִי, (& אַב Gen. 17. 5.) אֲחִי, חֲמִי (אָבִיו pater ejus, אָחִיו frater ejus.)

** *Forma* וֶ *contrahitur in* וֹ ut: מָוֶת Constr. מוֹת, תָּוֶךְ medium, תּוֹךְ, אָוֶן iniquitas C. אוֹן, sed עָוֶל id. C. עֶוֶל.

*** *Feminina quædam terminationem suam* ָה vel ָה *mutant in St. Constr.* in ֶת, ut: מְלָאכָה opus C. מְלֶאכֶת: מֶמְשָׁלָה dominium C. מֶמְשֶׁלֶת: עֲטָרָה corona C. עֲטֶרֶת: לְהָבָה & cum accentu לֶהָבָה flamma, C. לַהֶבֶת (1. Sam. 17. 7.) hinc contractè בְּלַבַּת אֵשׁ in flamma ignis (Exod. 3. 2.) &c. sic גְּבִירָה domina C. גְּבֶרֶת: מִשְׁעֵנָה C. scipio, מִשְׁעֶנֶת: Huc refer יָרֵךְ femur Constr. יֶרֶךְ: sed אִשָּׁה uxor facit אֵשֶׁת: *Pro* ֶת *vero alternat sub gutturalibus* ַת, ut; מִשְׁפָּחָה familia, C.

C. מִשְׁפַּחַת (vid. §. 17. n. 4.) *Et his formis Constructis applicantur affixa*, ut: מַלְאַכְתּוֹ Opus ejus (Gen. 2. 2.) אִשְׁתּוֹ uxor ejus (Gen. 2. 8.) & cum (:) אִשְׁתְּךָ uxor tua (Pſ. 128. 3.) vid. §. 17. (5).

MEMBR. VII.

DE

Pronomine.

§. 22. *Pronomina* ſunt vel *Separata*, vel *Inſeparabilia* ſ. *connexa*. Illa ſunt *Separata Perſonalia*.

I. *Perſonalia*, & quidem (1.) *Caſus Recti*:

Ego C. אֲנִי (cum accentu אָנִי) l. אָנֹכִי

Tu M. אַתָּה & quinquies אָתָּ.
F. אָתְּ, (de אָתִי vid. Paragogen.)

Ille הוּא

Illa הִיא vel הוּא

Nos C. אֲנַחְנוּ & ter cum aphæreſi נַחְנוּ

Vos M. אַתֶּם
F. אַתֵּן & quater אַתֶּנָּה

Illi הֵם vel הֵמָּה

Illæ הֵן vel הֵנָּה

(2) *Caſus Obliqui* conflantur ex *Præfixis* (notis cuique caſui propriis vid. §.) & *Affixis*; ad *Genitivum* v. exprimendum *Dativo* præponitur שֶׁ v. c. שֶׁלִּי mei &c.

Dativus per ל			Accusativus per אֵת			Ablativus per מ		
Mihi	C.	לִי	Me	C.	אוֹתִי	à Me	C.	מִמֶּנִּי (מֶנִּי, מִנִּי)
Nobis	C.	לָנוּ	Nos	C.	אֹתָנוּ	à Nobis	C.	מִמֶּנּוּ
Tibi	M.	לְךָ	Te	M.	אֹתְךָ	à Te	M.	מִמְּךָ
	F.	לָךְ		F.	אֹתָךְ		F.	מִמֵּךְ
Vobis	M.	לָכֶם	Vos	M.	אֶתְכֶם (אוֹתְכֶם)	àNobis	M.	מִמָּכֶם, מִכֶּם
	F.	לָכֶן		F.	אֶתְכֶן		F.	מִמָּכֶן
Illi	M.	לוֹ	Illum		אוֹתוֹ	ab illo		מִמֶּנּוּ (מִמֶּנְהוּ, מֶנְהוּ)
	F.	לָהּ	Illam		אוֹתָהּ	ab illâ		מִמֶּנָּה
Illis	M.	לָהֶם	Illos		אֹתָם (אוֹתָם, אֶתְהֶם)	ab illis	M.	מֵהֶם (מֵהֵם)
	F.	לָהֶן	Illas		אֹתָן (אוֹתָהֶן, אֶתְהֶן)		F.	מֵהֶן

Sicuti

Sicuti ל Dativi, ita & ב & כ, v.g. בִּי in me, בָּנוּ in nobis, בְּךָ, בָּךְ in te, בּוֹ in illo, בָּהּ in illa, בָּהֶם l. בָּם in illis M. &c. כ subinde expletivum מוֹ assumit, ut: כְּמוֹ sicut, כָּמוֹנִי sicut ego, כָּמוֹךָ sicut tu M. כָּמוֹהוּ sicut ille, &c. *Sed* אֵת *cum*, a, ad differentiam τȣ̃ אֵת *notæ Accus. & objecti* punctatur ante Affixa cum (.) seq. dagesch, ut: אִתִּי mecum, אִתָּךְ tecum, (pro quo Ezech. 2.1.6. אוֹתָךְ) אִתָּנוּ nobiscum, אִתְכֶם vobiscum, &c. Hinc etiam מֵאִתִּי (pro quo Jes. 54. 15. מֵאוֹתִי) & מֵעִמִּי à me, מֵאִתְּךָ & מֵעִמְּךָ A te, מֵאִתּוֹ & מֵעִמּוֹ Ab eo &c.

II. *Demonstrativa*, זֶה a) hic, iste, ille: זֹאת, זֹה, hæc ista: Comm. זוּ b) זוֹ, hic, hæc, iste, a, ille, a: Plur. אֵל & sæpius אֵלֶּה, isti, æ, illi, æ. *Demonstrativa.*

a) זֶה cum Articulo simul ל epentheticum sæpe assumit, ה modo apocopato, modo non, ut: הַלָּזֶה (Gen. 24.56.) הַלָּז (Jud. 6.20. 2 Reg. 5.25.) *Sic &* b) זוּ dat הַלֵּזוּ (Ezech. 36. 35.)

III. *Reciproca*, quomoda illa circumscribantur consule P. II. §. *Reciproca.*

IV. *Relativum* & Personæ & Rei, & utriusque generis & numeri est אֲשֶׁר, proq; eo diminutum שֶׁ (de quo §. seq. n. 2.) *Qui, quæ, quod* &c. *Relativum.*

† אֲשֶׁר ſæpe induit naturam Particularum *ut, quod, quia, quum* &c.

Interrogativũ. V. *Interrogativum* aliud eſt *Perſonæ* מִי a) *Quis, quæ*; aliud *Rei* מָה b) *Quid? quodnam?* ante Makkeph & עחה punctatur מַה, & ante has Kamezatas מָה.

a) מִי cum ל aut Subſtantivo poſtpoſitum, effertur in *Genitivo*, ut: לְמִי אַתָּה *cujus* (es) tu? לְמִי אֵלֶּה *cujus* (ſunt) iſta? (Gen. 32. 18.) בַּת־מִי אַתְּ filia *cujus* es? coll. §. (Gen. 24. 23. & 47. coll. 1 Sam. 12. 3. ubi quoque nota Accuſ. אֶת־מִי *quem*) Hinc בְּשֶׁלְּמִי (Jon. 1. 7.) pro quo (v. 8.) בַּאֲשֶׁר לְמִי *cujus* gratia, propter *quem*.

b) מָה convenienter interdum redditur *Quam, Quantus*. e. g. מַתְּלָאָה pro מַה־תְּלָאָה (Mal. 1. 13.) *quantus* labor. conf. §. 13. *.

§. 23. *Inſeparabilia* ſ. *Connexa* ſunt

Præfixa ה I. PRÆFIXA ה & שׁ, & quidem

1. ה (ex pronom. 3. perſ. reſultans) *Articulum denotat* (ὁ, ἡ, der/die/das) ſæpe tamen Emphaſin & rem certam inſinuat, unde Ebræis dictum הַהִיְדִיעָה *He cognitionis* ſ. *notificativum*, vulgo *Emphaticum* ſ. *Demonſtrativum*. *Præfigitur* per (-) *ſeq.* *Da-*

Dagesch, ut: הַמֶּלֶךְ der König/vel hic Rex, הַשָּׁמַיִם die Himmel / l. hi cœli. *Sed ante Gutturales per* (τ) *vi Reg. V. §. 16.* ut: הָאָרֶץ die Erde / hæc terra. *Interdum ante* חוה *l.* ע *Kamezata euphonicè per* (∴) ut: הֶעָרִים civitates, הֶהָר mons.

Notes: ה *non præfigitur* (α) *Nomini Proprio Personæ.* (β) *Nomini Constructo* & (γ) *Affixum gerenti* (nisi nova restrictio vel singularis Emphasis id requisiverit, cujus generis Exempla in Sacro Codice sunt obvia, quorum aliqua notavit Buxtorff. in Cap. V. Syntax. & Danz. in Interpr. Ebr. Chald. c. II. §. 57. p. 68. 69.

† ה Verbis, Participiis, ac Particulis junctum *habet vim Relativi* אֲשֶׁר.

†† De ה *interrogativo* & *Locali* suo loco de Particulis.

2. ש *ex Relativo* אֲשֶׁר *prognatum ejus non solum significationem, sed & punctationem* τȣ̃ (∴) *retinet seq. Dagesch.* ut: שֶׁמָּשַׁח qui unxit. שֶׁלֹּא qui non (Ps. 124. 6.) *Sed ante Gutturales* (∴) *cum accentu*, ut: נַפְשִׁי שֶׁאָהֲבָה (Cant. 1. 7.) quem diligit anima mea. *Raro pro* (∴) *est* (-) ut: שַׁקַּמְתִּי (Jud. 5. 7.) qui surrexi. בְּשַׁגָּם (Gen. 6. 3.) eò quod etiam. *Rarius* (:) ut: שְׁהֶם (Eccles. 3. 18.) quod illi.

ש

Affixa. II. AFFIXA, quæ ſunt Terminationes, in Nominibus Pronomina POSSESSIVA *Meus*, *Tuus*, *Suus*, *Noſter*, *Veſter*; in Verbis & Particulis PERSONALIA *Me*, *Te*, *Nos*, *Vos*, *Eum* &c. (rarius *Mihi* &c.) exprimunt, *deſcenduntque* à Pronominum Separatorum ultima ſyllaba, tantummodo ת in כ *mutato*, ut videre eſt ex ſequenti ſchemate:

Singularia.		*Pluralia.*	
־ִי	*Meus, a.*	־ַי	*Mei, æ.*
־ְךָ	*Tuus.*	־ֶיךָ	*Tui.*
־ֵךְ	*Tua.*	־ַיִךְ	b) *Tuæ.*
־וֹ (ה)־ֵהוּ־ֶנּוּ	*Suus, Ej.*	־ָיו	b) *Sui, Ejus.*
־ָהּ־ֶנָּה	*Sua, Ejus.*	־ֶיהָ	*Suæ, Ejus.*
־ֵנוּ	*Noſter, a.*	־ֵינוּ	*Noſtri, æ.*
־ְכֶם	a) *Veſter.*	־ֵיכֶם	*Veſtri.*
־ְכֶן	a) *Veſtra.*	־ֵיכֶן	*Veſtræ.*
־ָם־ֵהֶם	a) *Eorum.*	־ֵיהֶם־ֵימוֹ	*Eorum.*
־ָן־ֵהֶן	a) *Earum.*	־ֵיהֶן	*Earum.*

a) Illa dicuntur *Gravia*, reliqua *Levia*.
b) Pro iſtis occurrunt rariuſcule *Chaldaica Affixa*, np. pro ־ַיִךְ, לִמְנוּחַיְכִי ad requiem tuam, & עָלַיְכִי ſuper te (Pſ. 116. 7.) Pro ־ָיו, תַּגְמוּלוֹהִי retributiones ejus (ibid. v. 12.)

Ratione Applicationis Nota (1) *Genus* Affixorum cum *Objecto* ſ. per-

(f. personali f. reali) *Numerus* cum *Subjecto* convenit. (1) *in Nominibus.*

(2) *Nomina Propria* respuunt, ut Præfixa, fit & Affixa, quibus etiam accensetur nomen Dei essentiale & incommunicabile יְהוָה Conf. de hoc Pfeiff. Introd. in Orient. Disp. 5. qu. 17. p. 101.

(3) ה *Fem. ante Affixum transit in* ת, (præterquam in iis Nominibus, quæ statui Gonstructo irregulari applicant Affixa, de quibus conf. §. 21. ***. in fin.) *aliud* ה *quodcunque tollitur*, ut: צִדְקָתוֹ Justitia ejus, ex צְדָקָה; עָשְׂךָ facit te (Deut. 32. 6.) ex עֹשֶׂה, שָׂדְךָ ager tuus. (Lev. 19. 19.) ex שָׂדֶה. ת *quandoque syncopatur*, ut: נִצָּהּ flos ejus (Gen. 40. 10.) pro נִצָּתָהּ: פִּנָּהּ angulus ejus (Prov. 7. 8.) pro פִּנָּתָהּ (Job. 38. 6.) sic פִּשְׁתִּי linum meum (Hos. 2. 7.) pro פִּשְׁתָּתִי.

(4) *Terminatio Plur.* ים & *Dualis* ים *cedit Affixis*, ut: דְּבָרַי verba mea, ex דְּבָרִים: עֵינֵיכֶם oculi vestri, ex עֵינַיִם.

(5) *Nomina formæ* פְּרִי *suum* (:) & (.) *transponunt* (excipe ante הֶם & הֶן) ut: פִּרְיוֹ fructus ejus (Ps. 1. 3.) à שִׁבִי, שִׁבְיָם captivitas eorum (Jer. 46. 27.) & cum (:) שִׁבְיֵךְ captivitas tua (Jud. 5. 15.) *Sic* ab עֲרִי, עָרְיוֹ os ejus (Ps. 32. 9.) & ornatum

suum

ſuum (Exod. 33. 4.) עָרְוָתְךָ os tuum (Pſ. 103. 5.) conf. §. 17. (5).

(6) *Nomina Pluralia femininæ maximè terminationis aſſumunt interdum Suffixa Singularium; & contra.* v. g. אֲבוֹתֵיכֶם (Exod. 4. 5.) patres ipſorum: בְּאַרְצֹתָם (Gen. 10. 20.) in terris ſuis: מַכּוֹתֶיךָ (Deut. 28. 59.) plagæ tuæ; זְנוּתֵיכֶם (Num. 14. 33.) ſcortatio veſtra: עֲצָתְךָ (Jeſ. 47. 13.) conſilium tuum.

(2) *In Particulis.*

§. 24. PARTICULÆ *adſciſcunt Suffixa* (α) *Singularia*, ordinarie ut: בַּעֲבוּרִי propter me, בַּעֲבוּרְךָ propter te, אַיּוֹ ubi ille? אַיֵּכֹה (cum Dageſch Euph. in כ) ubi tu? הֲנֵכִי (Gen. 6. 17. Dageſch in נ reſoluto.) & הֲנֵנִי (Gen. 22. 7.) & (in pauſa) הִנֵּנִי (Geneſ. 22. 1.) Ecce ego. הִנֵּנוּ (Joſ. 9. 25.) & הִנָּנוּ (Gen. 44. 16.) & הִנֵּנוּ (Job. 38. 35.) Ecce nos. הִנָּךְ (Gen. 16. 11.) Ecce tu F. הִנְּכֶם (Deut. 1. 10.) Ecce vos. M. Sic & אֵינֶנִּי Non ego, אֵינֶנּוּ Non ille, אֵינֶנָּה Non illa, אֵינָם Non illi. &c.

(β) *Pluralia*, אֶל ad, עַל ſuper, contra, עַד uſque ad, אַחֲרֵי poſt, יַחַד ſimul. e. g. אֵלַי ad me, אֲלֵיהֶם ad eos; עָלַיִךְ contra te, עֲלֵיכֶם contra vos; עָדֶיהָ uſque ad eam. &c. Quod a. hæ Pluralia tan-„ tùm

tùm admittant, ratio est, quod uti „
אַחֲרִי ab אַחַר sic ceteræ in formam „
qs. pluralis constructi inclinent. „
Nam ab אֵל, אֱלֵי (Job.29.19.) ab עַל, „
עֲלֵי (Gen.49.17.) ita & עַד. „

(γ) *Singularia & Pluralia* promiscuè בֵּין, (& בֵּינוֹת) inter, & תַּחַת sub, pro, loco. v.c. וּבֵינְךָ l. בֵּינִי וּבֵינֶיךָ inter me & inter te (Gen.16.5. & 1.Sam.20.23. sic Gen. 42.23. בֵּינוֹתָם inter eos, & Gen.26.28. בֵּינוֹתֵינוּ inter nos) תַּחְתֶּנָּה loco ejus (Gen.2.21.) & תַּחְתֶּיהָ sub ista (Jos.7.21.)

§.25. VERBA *sequuntur Affixa Singularia cum hoc a. discrimine, quod pro* י. *habeant* נִי.. *idque Præteritis per* (-) נוּ, הוּ, ם, מוֹ, *ac* ן, *per* (τ), *Futuris a. Infin. & Imp. per* (..) *affigi ament*; quamvis interdum accidat confusio. (3) *In verbis.*

† *Infinitivis* affigitur modò י. significans activè; modò נִי, passivè. v.c. בְּאָמְרִי (Ezech.3.18.) *in dicere me*, i.e. *dum ego dico*; הַלְהָרְגֵנִי (Exod. 2. 14.) *Num interfici me*, i.e. *ut interficias me?*

Ceterum observes:

(1.) *Terminatio* י. & וּ *pellit vocalem suffixi.* Ratio hic & alias facile patet, quia duæ vocales nec ad unam conveniunt literam, nec sylla-

syllaba à vocali incipit. v. g. פְּקַדְתִּיהוּ visitavi eum, פְּקָדוּנִי visitarunt me.

(2) ה *fem. transit in* תְ *ante* נִי, נוּ, הוּ, & מוֹ; *aliàs* (τ) *manet, utpote in syllaba simplici.* e. g. פְּקָדַתְנִי־ךְ visitavit me — te F. בָּנַתְהוּ ædificavit illum. הֱצִיקַתְהוּ pressit, coarctavit eum. (Jud. 14. 17.) & ה *ex* הוּ & *Mappik ex* ה *elisis ac per Dagesch pensatis:* גְּנָבַתּוּ (Job. 21. 18.) furata est eum. צִוַּתָּה (Ruth. 3. 6.) præcepit ei. *Sed* alias: בִּקְשָׁתָם (Hos. 2. 9.) quæsivit eos, accentu retracto ם pro ָם: sic וַהֲרָגָתָם (Am. 9. 4.) ut interficiat eos.

תָ *in* תּ, ut: פְּקַדְתָּנִי visitasti me M.

תְּ *in* תִּ, ut: יְלִדְתִּנִי (Jer. 15. 10.) peperisti me: coll. §. 17. (5) רִמִּיתִנִי (1. Sam. 19. 17.) decepisti me.

תֶּם, תֶּן *in* תֶּ, ut: הֶעֱלִיתֻנוּ (Num. 20. 5.) ascendere fecistis nos.

Pro נָה *terminatione Imp. & Fut. adhibetur terminatio Masc.* וּ *vel* (ֻ) ut: תַּמְשִׁלֻנִי (Jes. 46. 5.) comparabitis me.

(3) (:) & (וֹ) *in Inf. & Imp. Kal transponuntur,* & (וֹ) *deinde in* (τ) *Chatuph transit,* ut: ex דְּבֹר fit בְּדָבְרֶךָ (Ps. 61. 6.) in loqui te, i. e. quum locutus fueris; *aut* (וֹ) *tantum in* (τ) *chatuph abit sc.*

ante

ante ךָ, כֶם & כֶן, ut: אֲכָלְךָ — כֶם (Gen. 2.17. & 3.5.) comedere te — vos.

(4) (-) *Præt. Kal in* (ר) *migrat, quia migrat in syllabam simplicem* (conf. §. 9. II) ut: פָּקְדָהוּ visitavit eum M.

(5) (:) *ut in pausa* (§. 17. Reg. VI. (ה)) *sic & in affixione ortum ex* (ר) *vel* (-) *sub 2da radicali producitur in* (ר); *si ex* (..) *in idem illud*, ut: ex יִמְצְאוּ fit וַיִּמְצָאֻהוּ (Job. 20. 8.) invenient eum, è sing. יִמְצָא: ex עָשְׁבוּ fit עָשְׁבוּנִי (1. Reg. 11. 33.) deseruerunt me. שִׁמְעוּנִי (Gen. 22. 8.) audite me, ex שִׁמְעוּ, singularis שְׁמַע (c. 21. 12.) audi. Sic יִבְעָלוּךְ (Jes. 62. 5.) uxorem ducent te, ex יִבְעֲלוּ quod è יִבְעַל; Ex שָׂנְאוּ (Prov. 1. 29.) oderunt, verbi שָׂנֵא fit (Ps. 25. 19.) שְׂנָאוּנִי oderunt me: אֲהַבְתָּהוּ (1. Sam. 18. 28.) amavit eum F. in M. אָהַב.

MEMBR. VIII.
DE
Verbo Perfecto.

§. 26. Verbum *ratione Qualitatis* est vel *Perfectum*, literas radicales omnes inter Conjugandum retinens; vel *Imperfectum*, unam vel alteram amittens. Utrique accidit *Verbum quotuplex?*

1. Ge

Genus. 1. *Genus*, quo ipso Lingua Ebræa cum filiabus suis ab Europæis recedit, dum Verbum, ut in Pronominibus, pro diversa sua terminatione diverso Nominis generi respondet, ceu patebit ex ipsa Conjugatione.

Numerus. 2. *Numerus* duplex: *Singularis & Pluralis.*

Personæ. 3. *Personæ* tres, quarum *tertia* in Præteritis præter ordinem naturalem vi simplicitatis suæ primo ponitur loco.

Modi. 4. *Modi* tres: *Indicativus*, (*Conjunctivus* exulat) *Imperativus*, (aliis dictus: *Futurum Imperans* s. *Primum*) & *Infinitivus*, quibus associari poterit *Participium.*

Tempora. 5. *Tempora* explicitè nonnisi duo: *Præteritum*, (quod implicitè *Imperfectum*, & *Plusquamperfectum* includit) & *Futurum* (aliis *Secundum* s. *Promittens* dictum).

Conjugatio. 6. *Conjugatio* strictè loquendo nonnisi *unica* est, *distincta* tamen Secundum IV *Classes significationum*, quarum III sunt Activæ & Passivæ, IVta v. sub una forma Reciproca s. Intransitiva est.

Conjugationū (α) distinctio. §. 27. Hæ ipsæ igitur IV *Classes* s. (ut cum vulgo loquar) *Conjugationes inter se distinguuntur tum* per technicas suas Appellationes ab obsoleto paradigmate פָּעַל Operatus est indeptas; *tum* per Characterem

terem externum; *tum* per Characterem internum, ſ. ſignificationem, ubi quidem Ima Conjugatio *ſignificationem ſimplicem*, IIda ἐμφατικὴν & *intenſivam*, IIItia *effectivam* ſ. *Phyſicè* ſ. *Moraliter*, IVta *reciprocam* ſ. in perſonam agentis reflexam communiſſimè inſinuat.

§. 28. Ceterum quum omnes *formæ verbales* ſc. *Præterita, Infinitivi, Imperativi, Futura & Participia* ſ. immediatè ſ. mediate derivari queant *è Themate ſ. Radice*, quam repræſentat *Tertia Præteriti M. Sing. Kal:* (quamvis alii malint *Infinitivum*, uti in Verbis ע"ע Radicis vice fungitur, qua de re conf. Pfeiff. introd. in Orient. p. 94.) Quumq; ex ea Radice pullulent primario *Præterita*, ab his a. *Infinitivi* & *Imperativi*, ab Imperativis *Futura* & *Participia*, ſic, ea deductione Obſervata, Præterita meritò ducunt ordinem. (β) *Deductio.*

PRÆTERITA.

I.	Kal alias Paal	מָשַׁל	*dominatus eſt.*		ל
	Niphal	נִמְשַׁל	*parabolis uſus eſt, aſſimilatus eſt.*		נ
II.	Piel	מִשֵּׁל	*parabolis exquiſitè uſus eſt.*		(.)
	Püal	מֻשַּׁל			
III.	Hiphil	הִמְשִׁיל	*dominari fecit, aſſimilavit.*		ה
	Hophal	הָמְשַׁל	*dominari factus eſt.*		
IV.	Hithpaël	הִתְמַשֵּׁל	*aſſimilavit ſe.*		הת

Obſer-

Observabis (α) Conjugationis Kal *Character* est, *carere omni Charactere.* (β) Ildæ Conjug. Character est Dageſch F. in media radicali, & punctis saltem à Ima diversis, unde pulcra, eaque Christiana circumfertur *Cabbala: Quam facilis transitus est Conjugationis Primæ in Secundam per punctum Dageſch; tam facilis transitus est peccatori ad remissionem, per punctum medium, quod est Christus, propitiatio nostra.* (γ) Conjug. Dageſchatæ dicuntur *Graves*, reliquæ *Leves.* (δ) Quum linguæ Ebrææ ambitus intra Codicem V. T. concludatur, non quodlibet Verbum in omnibus Conjug. est usitatum.

(γ) Flexio.

§. 29. *Præteritorum* a. omnium quia unus idemque est *flexionis modus*, per literas *afformativas*, Personas & Genus dantes, quæ petuntur ex ultima syllaba Pronominis Personalis אֲנִי, (נ tn. in ת converso) אַתָּה &c. (respice §. 22.) ideo Præteritum Kal in exemplum aliorum sistemus.

PRÆTERITUM KAL

Fem.	Masc.		
מָשְׁלָה	מָשַׁל	3	Sing.
מָשַׁלְתְּ	מָשַׁלְתָּ	2	
	C. מָשַׁלְתִּי	1	
	C. מָשַׁלְנוּ	3	Plur.
מָשְׁלָתֶן	מָשַׁלְתֶּם	2	
	C. מָשַׁלְנוּ	1	

De (-) & (ר) in (:) mutatis conf. §. 16. Reg. 1.

IN-

† Afform. ־ָה interdum ad formam Chaldaicam *mutatur in* ־ַת; *sed* לֹא & לֹה retinent (τ) e.c. אָזְלַת (Deut. 32. 36.) abiit. וְשָׁבַת (Ezech. 46. 17.) & revertetur וְקָרָאת (Jes. 7. 14.) & vocabit, & (Deut 31. 29.) pro וְקָרְאָה: עָשָׂת (Lev. 25. 21.) fecit: הָגְלָת deportata fuit. Quod æmulantur quædam *Nomina*, nempe חַטָּאת (Gen. 4. 7.) peccatum: עֶזְרָת (Ps. 60. 13.) auxilium: זִמְרָת (Ps. 118. 14.) cantio.

INFINITIVI.

§. 30. Hi è tertia Sing. Præteritorum descendunt, mutatis tantum vocalibus, imò in *Pûal Hophal* & *Hithpaël* prorsus coincidunt, nisi quod in *Niphal* præformetur ה, & נ in Dagesch F. se abdat.

Kal	מִשֹּׁל (τ)
Niphal	הִמָּשֵׁל
Piel	מַשֵּׁל
Püal	מֻשַּׁל
Hiphil	הַמְשִׁיל (ֵ)
Hophal	הָמְשַׁל (ֶ)
Hithpaël	הִתְמַשֵּׁל (ַ)

† *Inf. Kal* sub prima habet (τ) in Verbi reduplicatione, (conf. P. II. §.) vocatur nonnullis *Absolutus*, uti cum (:) *Constructus*.

†† Formæ fictitiæ *Kimchianæ* פְּקוֹר non immerito

rito nigrum theta præfixit Dn. Danz. in Litt. Ebr.-Chald. p. 354.

IMPERATIVI.

§. 31. Hi cum Infinitivis ad amussim conveniunt. *Flectuntur* a. in sola 2da persona per *Afformativas* יונה h. m.

	Plur:		Sing.	
	F.	M.	2.F.	2.M.	
Kal	מִשְׁלְנָה	מִשְׁלוּ	מִשְׁלִי	מְשֹׁל	
Niphal	הִמָּשַׁלְנָה	הִמָּשְׁלוּ	הִמָּשְׁלִי	הִמָּשֵׁל	
Piel	מְשֻׁלְנָה	מְשֹׁלוּ	מְשֹׁלִי	מְשֹׁל	
Hiphil	הַמְשִׁלְנָה	הַמְשִׁילוּ	הַמְשִׁילִי	הַמְשֵׁל	
Hithpael.	הִתְמַשַּׁלְנָה	הִתְמַשְּׁלוּ	הִתְמַשְּׁלִי	הִתְמַשֵּׁל	

De Cholem in (:) & hinc orto (.), ut & de (..) in (:) conf. §. 16. Reg. I. & III. י autem ubique manet invariatum.

† *Imperativum Niphal* verba *reciprocæ significationis* proprie tantùm formant; purè Passiva minus, quum Passivo non æque imperetur. e. g. הֵאָסֵף aggregare i.e. aggrega te. (Deut. 32, 50.) Et hæc est ratio, quod *Pûal* & *Hophal* Imperativo careant.

FUTURA.

§. 32. Futura surgunt *ex Imperativis*, & conjugantur *partim* per *Præformativas* אתין tq. *Characteristicas* Futurorum, ubi א (ex אֲנִי) est nota *1mæ personæ Sing:* ת (ex

ת (ex אַתָּה & אַתְּ) *2dæ pers. utriusqūe Numeri*, quanquam & *3tiæ fem:* י (ex ה pronominis הוּא & הֵם coll. §. 3. *) est nota *3tiæ Masculm. utriusque Numeri:* נ (ex אֲנַחְנוּ) *1mæ Plur. Comm:* ubi valet Canon: *Characteristica temporis pellit Characteristicam Conjugationis, ejusque assumit punctum: partim* per *Afformativas* Imperativorum יוּנָה, ubi י est terminatio *2dæ person. Fem. Sing.* ו (ex ם pronominis אַתֶּם Vos M. & הֵם illi vi §. 2. II. reg.) *2dæ & 3tiæ plur. masc.* & נָה (ex אַתֶּנָה Vos F. & הֵנָּה illæ) *2dæ & tertiæ plur. fem.* h. m.

Fem.	KAL.	
	מְשַׁל	א 1. *Sing.* C.
תִּמְשְׁלִי		ת 2. M.
תִּמְשֹׁל		י 3. M.
		נ 1. *Plur.* C.
תִּמְשֹׁלְנָה	מְשָׁלוּ	ת 2. M.
		י 3. M.

Fem.	NIPHAL.	
	נִמְשַׁל	א 1. *Sing.* C.
תִּמָּשְׁלִי		ת 2. M.
תִּמָּשֵׁל		י 3. M.
		נ 1. *Plur.* C.
תִּמָּשַׁלְנָה	נִמְשְׁלוּ	ת 2. M.
		י 3. M.

F.	PIEL.		
	מַשֵּׁל	אֲ	1. *Sing.* C.
תְּמַשְּׁלִי		תְּ	2. M.
תְּמַשֵּׁל		יְ	3 M.
		נְ	1. *Plur.* C.
תְּמַשֵּׁלְנָה	מַשְּׁלוּ	תְּ	2. M.
		יְ	3. M.

F.	PÜAL.		
	מֻשַּׁל	אֲ	1. *Sing.* C.
תְּמֻשְּׁלִי		תְּ	2. M.
תְּמֻשַּׁל		יְ	3. M.
		נְ	1. *Plur.* C.
תְּמֻשַּׁלְנָה	מֻשְּׁלוּ	תְּ	2. M.
		יְ	3. M.

F.	HIPHIL.		
	מְשִׁיל	אַ	1. *Sing.* C.
תַּמְשִׁילִי		תַּ	2. M.
תַּמְשִׁיל		יַ	3. M.
		נַ	1. *Plur.* C.
תַּמְשֵׁלְנָה	מְשִׁילוּ	תַּ	2. M.
		יַ	3. M.

F.	HOPHAL.		
	מְשַׁל	אָ	1. *Sing.* C.
תָּמְשְׁלִי		תָּ	2. M.
תָּמְשַׁל		יָ	3. M.
		נָ	1. *Plur.* C.
תָּמְשַׁלְנָה	מְשְׁלוּ	תָּ	2. M.
		יָ	3. M.

HITH-

F. HITHPAEL.

———	מַשֵּׁל	אֶתְ	1. *Sing.* C.
תִּתְמַשֵּׁל י		תִּתְ	2. M.
תִּתְמַשֵּׁל		יִתְ	3. M.
———		נִתְ	1. *Plur.* C.
תִּתְמַשֵּׁל נָה	מַשְּׁלוּ	תִּתְ	2. M.
		יִתְ	3. M.

Sed dicis: (1) *Unde diversitas illa vocalium sub Præformativis?* ℞: Literarum Præformativarum ordinarium punctum est (:) (vid. §.18.) at *sub Gutturalibus* transit in Compositum (vi Reg. IV. §. 16.) hinc & sub א *in Kal* requiretur (∴) loco (:), verùm Chateph Sægol ante (:) abjicit suum Chateph (vi Reg. III. II. (b) Ceteræ v. habent (.) *ob concursum duorum schevajim* (vi Reg. cit.) & א in *Niphal* & *Hithp.* habet (∴) pro (.) ob Alternationem Euphonicam (§.17. (7.) Denique *Niph. Hiph. Hoph.* & *Hithp.* puncta sua acceperunt *ex absorpto* ה præform. *Imperat.*, vi Reg. in §. 32. adductæ.

Dicis: (2) *Unde illa punctorum mutatio ante Afformativas sub media radicali?* ℞: Rationem suggeret Reg. I. §. 16.

† Afform: נָה quandoque *apocopatur*, de quo suo loco.

PARTICIPIA.

§. 33. Hæc pariter *ab Imperativo* deductionem participant, præfigendo dun-

taxat notam מ, at secundum Canonem §. 32. *præter Niphal*, ubi a Præterito per solum punctum finale differt, & sequuntur naturam Nominum, ut:

	S. M.	
	משל a) Kal	*Benoni*, s. Præs.
	משול	*Paül*, s. Præter.
F. P.M. S.F.	נמשל Niphal	
ת & ת ים ות	ממשל Piel	
(Solum *Paül* non agnoscit ת .)	ממשל Püal	
	ממשיל Hiphil	
	ממשל Hophal	
	מתמשל Hithpaël	

a) *Participium Benoni* pro (י) interdum more Chaldæorum habet (ו), ut: גדל (Gen. 26. 13. 1. Sam. 2. 26.) crescens, ישן (26. 7.) dormiens, דבק (Prov. 18. 24.) adhærens.

Notæ Speciales

§. 34. (1) *Præteritum Kal* nonnunquam *pro* (-) *habet* (..) rarissimè (י) ut: חפץ voluit, זקן senuit, נבל cecidit, sed לבש & לבשן induit, אהב & אחב dilexit; יכל potuit, קטן parvus fuit, יגר metuit, fed שכל & שכל orbatus fuit, יקש & יקש laqueum tetendit.

(2) *Illud* (י) *etiam* haud rarò *sibi vendicat Præteritum & Infinitivus Niphal, ut &* quan-

quandoque *Infin. Piel*, utrinque potissimum, in verbi reduplicatione, ut: נַחְתּוֹם (Esth. 8.8.) obsignatus fuit: נַהֲפוֹךְ (c.9.1.) inversum fuit: נִמּוֹל (Gen.17.26.) circumcisus fuit, pro נִנְמַל: נַעְתּוֹר (1.Paral.5.20.) exoratus fuit; *Infin.* הֵאָסֹף יֵאָסֵף (2.Sam. 17.11.) congregando congregetur: sic הֵאָכֹל (Lev.7.18.) comedendo: הִנָּתֹן (Jer. 32.4.& 38.3.) dando; *quin simul cum charactere Præt:* נִלְחֹם נִלְחַם (Jud. 11.25.) pugnando pugnavit: נִגּוֹף (20.39.) percutiendo: גִּכְסֹף (Gen.31.30.) desiderando: נִשְׁאֹל (1.Sam.20.28.) petendo: נִשְׁלֹחַ (Esth.3.13.) mitti. *Inf. Piel:* יַסֵּר (Psal. 118.18.) castigando. רַפֹּא (Exod. 21.19.) sanando. קַנֹּא (1.Reg.19.10.) qs. zelando.

(3) *Pro* (וֹ) (..) & (ִי) *sub vel ante Gutturales aut* ר *nec non si verbum Neutrum, vel Intransitivum, familiariter est* (-) (at non æque in Infinitivo Kal, ad differentiam Imperativi, ut & Præter. & Particip. Hiphil) תִּנְאַף (Exod. 20.14.) mœchaberis, pro תִּנְאֹף: וַיִּטַּע (Gen. 2.8.) & plantavit, pro וַיִּטַּע: יִשְׁלַח (c.3.22.) extendat, pro יִשְׁלֹחַ: יְצַמַּח (2.Sam.105.) reflorescat, pro יְצַמֵּחַ: שִׁבַּר (Ps.107.6.) fregit, pro שִׁבֵּר: בֵּרַךְ (Gen. 49.28.) benedixit: וַיַּצְמַח (Gen. 2, 9.) &

 pul-

pullulare fecit, pro וַיַּצְמִיחַ; וַתִּקְטֹן (2.Sam. 7. 19.) & parum fuit: הִתְחַזֵּק (2.Chr.13.7.) confirmavit se: וַיִּגְדַּל (Gen. 38.11.) adoleleſcet: *imò & Activè*: גִּדַּל (Joſ. 4.14.) magnificavit, & (Jeſ. 49. 21.) גִּדֵּל educavit: פִּלֵּג (Job.38.25.) diviſit: פַּלֵּג (Pſ.55. 10) divide.

† Quod tria *in Præter. Piel* ſæpe deſinant in (ִי); videlicet דִּבֶּר locutus eſt, כִּבֵּס lavit, כִּפֶּר expiavit, quibus Dn. Waſmuthus addit כִּחֵשׁ mentitus eſt, id efficit ablatio toni per ſubintellectum Makkeph vi Regulæ VI. II. §. 16. quid ergo irregularitatis, quâm venditant Grammatici?

(4) *Quædam Gravium* (§. 28. obſ. (γ) (more Verborum ע & geminantium Ajin) *loco Dageſch Characteriſtici* (1) *aſſumunt* (ו) ut: שׁוֹפֵט judicavit, pro שָׁפַט, ſic זֹרֵם inundavit, עוֹלֵל fecit, שׁוֹרֵשׁ & שׁרשׁ (conf. §. 16. Reg. V.) radices egit: שׁוֹשִׁתִּי (Jeſ.10. 13.) deprædatus ſum, שׁ loco ס vi Reg. §. 2. II. (Vid. & Buxt. Lex.) תִּתְגַּעֲשׁוּ commoventur, (Jer. 25. 16. coll. Jer. 46. 8.) Hinc peculiaris vulgo audit Conjugatio *Poël.* (2) *Euphoniæ & Emphaſeos gratia unam vel alteram literam geminant s. repetunt*, (א & ה quieſcentibus excluſis) & quidem vel (α) *primam & ſecundam*, ut: תִּשַּׁנַּשֵּׁנִי

תִּשְׁגַּשְׁגִּי (Jes. 17. 11.) Crescere facies, ex Chald. שְׁגָא, crevit: שִׁעֲשַׁעְתִּי (Ps. 119. 70.) multum oblecto me: תִּשְׁעַשְׁעוּ (Jes. 66. 12.) multum oblectabimini (conf. §. 17. (3) הִשְׁתַּעֲשָׁעוּ (Jes. 29. 9. coll. Ps. 119. 16.) multum oblectant se, à שָׁעָה: עָרֹר תִּתְעָרְרִי (Jer. 51. 58.) nudando nudabitur, ab עָרָה: יָפְיָפִית (Ps. 45. 3.) valdè pulcher es, à יָפֶה: הִתְמַהְמָהְתִּי (Ps. 119. 60.) cunctatus sum. à מָהַהּ; vel (β) *secundam & tertiam*, e. g. in Püal חֻמְרְמְרוּ (Thr. 1. 20.) valdè turbida fiunt, (vid. Buxt. Lex.) a חָמַר: סַחְרְחַר (Ps. 38. 11.) circumit, palpitat. אַרְמַלְמֶרֶת nom. fem. ex Piel (Lev. 13. 19. 24. 43.) subrubida: sic שַׁחְרַחֶרֶת (Cant. 1. 6.) subnigra; vel (γ) *primam solum*, ut: קַרְקַר (Num. 24. 17.) destruxit (-) pro (.) vi §. 17. (5) vel formæ Chald.) aut *tertiam*, v. c. שַׁאֲנַן (Jer. 48. 11.) tranquillus fuit: רַעֲנָנָה (Job. 15. 32.) virescet (conf. §. 16. Reg. VI. (δ) אֻמְלַל (Hos. 4. 3.) languescit. Et hujuscemodi verba nuncupantur *Tetragrammata* sive *Quadrata*, (quamvis & *Dagessch*ata s. Gravia Rabbini appellitent *Quadrata*, dum Dagesch virtualiter duas similes repræsentat literas, ut: מִשְׁרַ idem valet ac מִשְׁשַׁל) in specie vero ea, *quæ formaliter quatuor in radice habent literas*, ut: פִּרְשַׁן (Job. 26. 9. ex-

Verba Quadrata.

9. expandit, (de (-) pro (.) respice (γ) יִכְרְסְמֶנָּה׃ (Ps. 80. 14.) suffodit eam: תִּתְחָרֵה miscebis te (Jer. 12. 5. coll. 22. 15.) רָטְפַשׁ (Job. 33. 25.) Recreatur (recentior, sanior fit) de (-:) pro (:) conf. §. 17. (ε) מִכְרְבָל (1. Par. 15. 27.) amictus, paludatus.

(5) ת (α) *characteristicæ syllabæ* הת *in Hithpael cum prima sibilante s. dentali* (§. 2) *Euphoniæ gratia transponitur, & tunc post* צ *in* ט *mutatur.* (ferme ut in Lingua Græca Tenuis tenuem &c. antecedit, vid. Well. pag. 40.) v. g. הִשְׁתַּמֵּר, pro הִתְשַׁמֵּר custodivit se s. ~~indit~~ sibi: (Excipe unicum הִתְשׁוֹטְטָנָה (Jer. 49. 3.) cursitate, ne scil ת *κακοφωνίαν* ob geminum ט pariat) הִצְטַדָּק, pro הִתְצַדָּק justificavit se. (β) *ante cognatam* (np. דטת & interdum נ) *excidit, & per Dageschi compensatur.* v. g. יִטַּמֵּא (Lev. 21. 1. 3. seqq.) polluet sese: מִדַּבֵּר (Num. 7. 89.) loquens, שִׁתָּה (Psal. 8. 7.) posuisti 2. M. S. Præt. Kal cum ה parag. pro שִׁתֹּת rad. שׁוּת; הִנְשָׂא (Num. 24. 7.) extollet se, pro הִתְנַשֵּׂא, ut aliàs. Sic הִנָּבֵאתִי (Ezech. 37. 10.) prophetabo, הִנָּחַמְתִּי (Ezech. 5. 13.) consolabor me, de (::) pro (-) vid. §. 17. (4)

Formæ Mixtæ. (6) *Confunduntur sæpe formæ tum diversarum Radicum*, præsertim cognatarum quoad

quoad literas & significationem, v. c. וְהֵטַבְתִּי (Ezech. 36. 11.) & benefaciam, ex טוֹב & יָטַב: אבוש (Jes. 50. 7. & cum ה parag. Jer. 17. 18.) erubescam, ex יבשׁ & בּוֹשׁ; *tum diversarum Conjugationum.* v. c. הֻלַּדְתְּ (Gen. 40. 20.) & (Ezech. 16. 4.) חוּלַדְתְּ nasci, *ex Kal & Hophal* coll. §. 17. (3) & §. 13. II. (γ) (א) הִתְפָּקְדוּ (Num. 1. 47.) recensiti fuerunt, *ex Hophal & Hithpael*, coll. pag. 14. (א) וְנִכַּפֵּר (Deut. 21. 8.) & expiabitur, *ex Niphal & Hithp.*; *tum diversorum Temporum ac Generum*, v. g. אֲנֹאַלְתִּי (Esa. 63. 3.) contaminavi, *ex I. Fut. & Præt. Hithp.* vel ex forma Chald. simile *in Hitph.* vid. 2. Paral. 20. 34. & Ps. 76. 6. coll. Hos. 11. 3: וַיּוֹלַדְתִּי (Gen. 16. 11.) & paries, *ex Partic. & Præt. Kal*; יַעֲמְדוּן (Dan. 8. 22.) stabunt, *ex Masc. & Femin.* י scil. pro ת ad formam Chald. sic וַיִּחַמְנָה (Gen. 30. 38.) & incalescebant, calore sc. libidinis uterque sexus. Plura suppeditabit ipse usus, quem pluribus monstrarunt Wasm. in Hebr. Rest. pag. 199. 200. & 201. & Dn. Danz. in Litt. Ebr.-Ch. p. 386. seqq.

(7) *Peculiare est, quod quinque verba primæ radicalis s. Pe* א, nempe אָמַר dixit, אָכַל comedit, אָבַד periit, אָבָה voluit, אָפָה coxit, *semper*, & *interdum hæc quatuor* אָהַב

Pe Alepb.

אָהַב dilexit, אָחַז tenuit, אָסַף collegit, & אָצַר, thesaurum fecit, *in futuro Kal ament Crasin, simulque metathesin punctorum*, & quidem ita e. g. אָמַר analogice in fut. haberet אֶאְמֹר, sed quia gutturalis respuit (:), sic vi Regulæ IV. (β) §. 16. fit אֶאֱמֹר, jam in dictis verbis contingit primum *Crasis*, unde vi Regulæ III. (II) emanat אֵאמֹר, deinde (elisa prima radicali א ob concursum duplicis א) adhibetur, ut alibi, *metathesis*, ut sic emergat אֹמֵר, תֹּאמֵר, יֹאמֵר &c. & ita in aliis. *Pro* (..) *etiam* (-) *amant* coll. num. (3) ut: תֹּאכֵל (Gen. 2. 16.) & (v. 17.) תֹּאכַל comedes.

MEMBR. IX.

DE

Verbo Imperfecto.

§. 35. Verba Imperfecta dicuntur, quorum una radicalis hic & illic vel *deficit* (per Dagesch F. tn. resarcita) vel *quiescit* (in vocali longa præcedentis literæ) unde dividuntur in *Defectiva* & *Quiescentia*. *Illorum* Species duæ sunt: פ״נ & Geminantia ע s. secundam; *horum* quatuor: פ״י, ע״ו, ל״ה & ל״א. Quam appellationem technicam peperit antiquatum illud

illud paradigma פָּעַל, ita ut פ *primam radicalem*, ע *secundam*, ל *tertiam* concise designet. De singulis jam singulatim.

§. 36. Pe Nun נ *analogice schevandum* (α) *abjiciunt*, & quidem פ״נ

I. *Initiale in Imperativo & Infinitivo Kal, illo in* (-) *vel* (..); *hoc in* ֶת, vel ַת (ob Gutturalem) *desinente*, ut: גַּשׁ (2. Sam. 1. 15.) & גֶּשׁ־ (Gen. 19. 9.) qs. ex גֹּשׁ accede, & cum ה paragog. גְּשָׁה־נָּה (Gen. 27. 21.) accede quæso: גְּשִׁי F. (sed Ruth. 2. 14. cum regulari puncto, & tono גֹּשִׁי) גְּשׁוּ (Gen. 45. 4) accedite, (& Jos. 3. 9. גֹּשׁוּ) שָׂא (Gen. 13. 14) & נְשָׂא (Ps. 10. 12) tolle (τ) pro (-) conf. §. & regulariter נָשֹׂא Num. 4. 22.) *Infin.* גֶּשֶׁת (Num. 8. 19.) accedere: לָגַעַת (2. Sam. 14. 10.) attingere pro לִנְגֹּעַ quod habetur Gen. 20. 6. *Sed* שְׂאֵת ferre (Gen. 44. 1. Deut. 1. 9. &c.) & contractè שֵׂאת (Gen. 36. 7) pro שֶׂאֶת, pro quo etiam (Ps. 89. 10.) est בְּשׂוֹא in elevando, & regulariter נְשֹׂא (Gen. 4. 14. Jes. 1. 14.) & נָשֹׂא (Hos. 1. 6.) coll. §. 30. † Hinc non posthabendum monitum Kimchianum: *Infinitivi cum defectu* נ, *& superaddito* ת, *nullus esto usus, nisi quem Biblia consolidant.*

II. *Me-*

II. *Medium* (α) *per Dageſch compenſatur.* v. g. *in Kal* יִגַּשׁ (Lev. 21. 21. 23.) pro יִנָּגֵשׁ accedet coll. §. 34. n. (3) *in Niph.* נִגַּשׁ (Gen. 33. 7.) pro נִנָּגֵשׁ accedere juſſus eſt. *in Hiph.* וְהַגִּישׁוֹ (Exod. 21. 6.) & ſiſtit eum: הַגִּישָׁהּ (1. Sam. 14. 18.) admove. *In Hoph.* הֻגְּשׁוּ (2. Sam. 3. 34) admoti fuerunt, coll. §. 17. (3) & §. 16. Reg. VI. (δ). מֻגָּשׁ (Mal. 1. 11) offertur. *Speciale* eſt יִשָּׂל (Job. 27. 8.) decutit, pro יִנָּשֵׂל (ceu legitur Deut. 28. 40.) conf. §. 16. Reg. V. **. & §. 17. (4).

(β) *Retinent*, (a) *ante gutturalem atque* ר *extra Niphal* (ob ingratam colliſionem duplicis נ, נְנַעַרְתִּי (Pſ. 106. 23) excuſſus ſum, excepto) ut: תִּנְאָף (Exod. 20. 13) adulterabis: יִנָּהֲרוּ (Jer. 51. 44.) confluent: וַיִּנְעָלוּם (2. Chron. 28. 15.) & calcearunt eos: וַתִּנְחַת (Pſal. 38. 3.) & deſcendit, & defectivè יִחַת (Jer. 21. 13. coll. Proverb. 17. 10.) deſcendet, coll. §. 16. Reg. V. יִנְוֶה (Habac. 2. 5.) inhabitabit: וְאַנְוֵהוּ (Exod. 15. 2.) & habitare faciam eum. *Contrà* נָחַם pro נִנָּחַם (2. Sam. 13. 39) conſolationem cepit. (b) *In aliis rarò*, ut: תְּנַדֵּף (Pſ. 68. 3) diſpelles, ſed (Job. 32. 13) יִדְּפֶנּוּ propellet eum: יִנְטֹר (Jer. 3. 5.) & (Pſ. 103. 9.) יִטֹּר reſervabit. *Frequentius*

a. for-

a. formam perfectorum sequitur passim Infinitivus.

Obs. 1. נָתַן *dedit* etiam *ultimnm* נ ante ת נָתַן afform. *ejicit* & aliis modis *deviat*, ut: תַּתָּה (Jud. 15. 18) & per aphæresin תָּתָּה (2. Sam. 22. 41) dedisti, &c. Fut. אֶתֵּן (Gen. 12. 7) dabo, תִּתֵּן (Deut. 15. 10) dabis, יִתֵּן (Gen. 1. 17.) dabit, נִתֵּן (Jud. 16. 5) dabim, pro נִתֵּן (coll. Gen. 14. 20) vid. §. 16. Reg. VI. III. & §. 17. (4) *Inf.* תֵּת (Gen. 4. 12) dare, (תִּתִּי dare me) תְּנָה (Ps. 8. 2) & תִּתֵּן (1. Reg. 6. 19) cum ה & ן paragog & regulariter נָתַן (Deut. 15 10) coll. §. 30. †) & נְתַן (Num. 20. 21.) *Imp.* תֵּן (2. Reg. 4. 42.) da. „

2. Verba פֵּ *imitatur* in quibusdam temporibus לָקַח accepit, sumsit, cum Affix. per aphæresin קָחַם (Hos. 11. 3.) accepit eos. *Fut.* אֶקַּח (2. Reg. 5. 16.) sumam, pro אֶלְקַח; coll. §. 16. Reg. 6. & §. 34. (3) & ita (Gen. 2. 15.) וַיִּקַּח & sumsit. *Imp.* קַח (Gen. 6. 21) sume, pro לְקַח, quod legitur Exod. 29. 1. & Ezech. 37. 16 ubi utrumque. *Inf.* קַחַת (Jer. 17. 23) & קָחַת (2. Reg. 12. 9) sumere, pro לָקַחַ, quod habetur Jer. 32. 14. Deut. 31. 26. *Sic* יִקַּח (Gen. 18. 4) sumatur; & (12. 15) וַתִּקַּח & accepta fuit, *ex Hoph.* coll. §. 17. (3) Heic a. nonnulli „ non

לָקַח

non ab re autumant, fuisse olim usita-„
tam radicem נקח, ita ut ל atque כ ceu „
literæ ejusdem organi alternarint. Par„
נתע ratio videtur in נתעו (Job. 4. 10.) com-
moluntur ex Niph. rad. inus. לתע.

Geminantia Ajin. §. 37. Verba GEMINANTIA AJIN s. SECUNDAM, ut סבב *circumdedit*

I. *In Conjugationibus Levibus* (§. 28. (γ) *secundam radicalem abjiciunt*, &, *vocali ejus primam occupante, tertiæ radicali* (in incremento) *Dageschi F.* (in compensationem) *imprimunt*, v.g. סב pro סבב: נסב pro נסבב; אוסב חוסב, מוסב, pro הסבב &c. סב pro סבב, sic אסב; הסב pro הסבב (de (τ) pro (-) vid. §. 9. II.) Jam in incremento סב facit סבה, סבו &c. (coll. §. 16, Reg. II.) סב, סבי; הסבי &c. coll. p. 14 (א).

II. *Litera Præformativa sustinetur ordinarie per* (τ) ut vides *in Præt. & Part.* נסב, נסב: *Inf. Imp.* הסב: *Fut.* אסב, אסב; *Sed in toto Hoph*: ו: *in Præt. & Part. Hiph.* (..)

III. *Pro* (:) *sub ultima radicali analogice exprimendo* (np. ante afform. תָ, תִ, תִי, תֶם, תֶן, נִי, nec non ante נָה) *assumitur in Præteritis* (ָ) *in Imp. & Futuris* (:) *cum* ׳ *quiescente*, ut: סבות, pro סבבת; הסבות, pro הסבבת; סבינה, pro סבבנה, sic תסבינה &c.

IV. *In Conjugationibus Gravibus* (§. 28.

(γ)

ad pag. 65.

Kal.	Niphal.	Hiphil.	Hophal.	Piel	Pûal	Hithpael
Præt.						
&c.						
Inf.						
Imp.						
Fut.						
Part.						

(γ) *sunt perfecta, & quoad flexionem regularia, tantummodo pro Dagesch Characteristico* plerumque *adsciscunt* (וֹ) ut: סוֹבֵב, סוֹבַב, הִסְתּוֹבֵב (conf. p. 58. (5.) vel *primam repetunt*, ut: קִלְקַל (Eccl. 10. 10) detersit: הִתְקַלְקָלוּ (Jer. 4. 24.) leviter l. instar rei levis se moverunt: וַיִּתְמַרְמַר (Dan. 7. 8. & 11. 11.) & exacerbavit se.

Præterea ne Philebræum id generis verba ob non levem punctorum turbationem turbent, primas ei formas instar Cynosuræ in tabella sistimus, ubi videbit vulgarem Conjugationum ordinem nonnihil transpositum, (quo quidem, si velimus ἀκριβολογεῖν, locandæ essent) eo quod tam quoad formationem, quam flexionem conveniunt.

† a) *Inf. Kal* aliquando (-) habet, ut: כְּשַׁךְ (Jer. 5. 26.) at (Esth. 2. 1) כְּשֹׁךְ a שָׁכַךְ poni, tendere retia.

b) *Niphal* (α) *ante* ח *in Præt.* (.) analogum etiam agnoscit, v. g. נִחַר (Ps. 69. 4) exsiccatur, pro נָחַר, quod est Jer. 6. 29: נִחַת (Mal. 2. 5) contritus fuit. (β) *rarius in* (..) exit, ut: נָסֻבָּה (Ez. 26. 2) conversa est, pro נָסַבָּה: sic (c. 21. 12. 1. Sam. 15. 9. Ps. 22. 15) נָמֵס liquefactum est: הִמֵּס (2. Sam. 17. 10) liquefieri: נָקֵל (Jes. 49. 6) vile,

 leve

leve est. (γ) *pro* ( ) *seq. Dagesch retrahit* (:), ut: וְנִסְבָּה (Ez. 41. 7) & circumibatur, s. vertebat se: נִבְקָה (Jes. 19. 3) & evacuabitur, pro נִבְקָה.

ε) *Hiphil* (α) *pro* (..) *varius sumit* (-) ut: הִסִּבּוּ (1. Sam. 9. 10) הֵרֵק (2. Reg. 23. 15) comminuit: הֵקַל (Jes. 8. 23) vilipendit, &c. (β) (τ) *Fut. nonnunquam resolvit in* (-) *cum Dagesch* v. c. תְּתֻם (Job. 22. 3) integrum facis. יְתֻם (2. Reg. 22. 4) absolvat.

* *Geminantia Ajin confundunt interdum formas cum Quiescentibus* עֵי (§. 39) & לָה (§. 40), ut: *Inf. Kal.* לָחוּל (Jud. 21. 21) ad saltandum, (ו) pro (ו) a חָלַל. Sic *Fut.* יָשׁוּר (Ps. 91. 6) vastabit: יָרֹן (Prov. 29. 6) cantabit. *Præt. Niph* וְנִגְלוּ (Jes. 34. 4) & convolventur: נָנוּ (Nah. 1. 12) tonsi fuerunt. *Fut.* יָסֹב (1. Sam. 5. 8) circumducetur, & (Num. 36. 7) תִּסֹּב; חַנּוֹת gratiam facere: (Ps. 77. 10) חַלּוֹתִי (vers. 11.) vulnerari (vulnus) meum. שַׁמּוֹת (Ez. 36. 3) desolare.

Obs. *Geminantia secundam, ut & alia Imperfecta, sæpe sectantur analogiam Perfectorum*, e. g. עָשְׁשָׂה (Psal. 6. 8.) contabuit, depautus est: עָשְׁשׁוּ (Ps. 31. 11.) כָּרְעוּ (Ezech. 27. 11) perfecerunt: זַמּוֹתִי (Zach.

(Zach.8.12) ſed & זַמֹּתִי (Pſ.17.3) cogitavi: זְקֵק (Mal.3.3) defæcat: סַבֵּב (2.Sam. 14.20) circumducere.

§. 38. Verba Pe Jod *ſuum* י *Schevandum* (more verborum Defect. Pe Nun vid. §. 36.) פי״

I. *Abjiciunt*, & quidem (1) *in Imperativo & Infinitivo Kal*, ubi ille per (..) l. (-); hic aſſumto in fine ת per duplex (:) notatur, ut: יָלַד genuit, peperit *in Imp.* לֵד (pro יְלֹד) לְדִי, לְדוּ, לֵדְנָה, ſic לֵךְ (Gen.26. 16) abi, cum ה parag. לְכָה (Num. 10 29) &, absque illo לְךָ־נָא veni quæſo. (Num. 23.13. ſic Jud.19.13.) הַב הַב da da (Prov. 30.15) cum ה paragog. הָבָה (Gen. 30.1. & 47.15) הָבִי fem. (Ruth. 3.15) cedò: הָבוּ (Deut. 32.3) date, & (Hoſ.4. 18) הֵבוּ: רַשׁ (Deut.2.31) & cũ י & ה parag. יְרָשָׁה (Deut. 33.23) poſſide: דַּע (Gen.20.7) ſcito; *in Inf.* לָלֶדֶת (Gen. 4.2.&c.) ad pariendum (pro quo ſingulariter לָלַת 1.Sam. 4.19) & יָלֹד (Job.15.35) לֶכֶת (1.Reg. 11.10) ire; דַּעַת (Joſ.4.24) ſcire, conf p. 27.(4). *Sed* צֵאת (Gen.24.11) contractè pro צֶאֶת exire. Verum *Infinitivus cum ſuo inprimis verbo conſtructus hic ut alibi ſequitur analogiam* §.30.†, ut: יָצֹא (Gen.8.7) exeundo.

(2) *In Futuro Kal*, quieſcens (α) in (..) ſequente alio (..) vel (-) rariſſime (וֹ) ut:

 אֵלֵד,

אֵלֵד, תֵּלֵד, יֵלֵד, תֵּלְדִי &c. pro אִוֵּלֵד &c. sic אֵלְכָה (Gen. 25. 58) ibo: (& cum י אֵילְכָה Mich. 1. 8) וַאֵלֵךְ (Job. 19. 10) & abii: וַיֵּלֶךְ (Gen. 25. 34) וַיִּצַּק (Gen. 35. 14) & profudit, conf. *: נָאוֹת (c. 34. 15.) acquiescemus, coll. vs. 22. 23. 2. Reg. 12. 9.

II. *Mutant in* י, (α) *quiescens, idque in Præt. & Part. Niphal, & in toto Hiphil in* (י); *in Hophal a. in* (ו), ut: נוֹלַד (1. Chr. 2. 3. & 3. 1.) natus est, pro נִילַד; הוֹלִיד (Gen. 11. 27) parere fecit, pro הִילִיד: אוֹלִיד (Jes. 66. 9.) gignam, pro אֵילִיד: מוֹלִיד (ibid) qui gigno; הוּסַד, הוֹסַד (Esr. 3. 11) fundatus fuit; מוֹסָד (2. Chr. 8. 16) fundatus.

(β) *In* י *mobile pro* י *dageschando*, & quidem (a) *in Infin. Imp. & Fut. Niphal*, v. g. יִוָּלֵד (Gen. 17. 17) nascetur, pro יִוָּלֵד: sic אִוָּשֵׁעָה (Jer. 17. 14) servabor, cum ה paragog. *Præter* וַיִּוָּחֵל (Gen. 8. 12) & exspectavit. (b) *in Hithpael* verborum יָדַע jecit: ידע scivit, cognovit: יכח (*Hiph.* הוֹכִיחַ disceptavit) יָסַר erudivit, ut: הִתְוַדָּה (Lev. 5. 5. c. 16. 21) confessus fuit. &c.

Obs. י interdum *quiescit* (s. explicite s. implicite) *in Kal in* (.); *in Hiphil in* (..), ut: אִיבַשׁ (Ps. 102. 12) arescam: יָבַשׁ (Jes. 19. 7) arescet: וַיִּטַב (Gen. 12. 13. 2. Sam. 18. 4) & יָטַב (1. Reg. 21. 7) bene sit; הֵיטִיב (Jos. 24. 20.)

20.) benefecit: הֵימִינִי (Ezech. 21. 16) dexteram pete; לְהֵימִין (2. Sam. 14. 19) ad dexteram flectendum: הֵילִיל (Jer. 47. 2) ejulavit; אֵילִיכָה (Mich. 1. 8) ejulabo; & cum ' mobili אֵילִיל (Jer. 48. 31) יֵילִיל (Jes. 15. 2. 3. & 16. 7. bis) sic יֵיטִיב (Job. 24. 21) benefaciet. הֵילִיכִי (Exod. 2. 9) abduc F. aliás semper cum (י); *Sed Hiphil etiam in Fut. retinet Charact.* ה *præformativis* אֶתֵּן *Schevatis*, (more Chaldaismi) v. g. יְהֵילִילוּ (Jes. 52. 5.) ejulabunt: אֲהוֹדֶנּוּ (Ps. 28. 7.) celebrabo eum: יְהוֹדֶה (Neh. 11. 17) celebrabit: יְהוֹדוּךָ (Ps. 45. 18.) laudabunt.

*. יָכֹל in Fut. Kal imitatur formam Hophal, ut: אוּכַל, potero, (pro אֵיכֹל) תּוּכַל, יוּכַל &c.

**. *Verba quædam Pe Jod* np. יָצַב, יָצַג, יָצַע, יָצַת, & יָקַף perpetuo; יָצַק, יָצַר, & יָסַר in Kal plerumque; יָצַע verò, יָחַם, יָקַץ & יָשַׁר nonnisi semel (judicio Dn. Danzii p. 414. 415) *censentur Schevandum expungere, & per Dageschpensare.* Verum censentur ita, quum verius hac ipsa forma prodatur, pleraque esse aut primitus fuisse Pe Nun, ceu probatum ivit Hillig. in Summ. L. S. p. 103, conf. etiam Pfeiff. Meth. Ebr. p. 114.

ע״ו §. 39. Quiescentia Ajin Vau (ut: קוּם surgere cont. §. 28.)

I. *Secundam radicalem* ו *ubivis extrudunt* (quod alias in nulla Imperfectorum specie usu venit) *& per vocalem longam literæ tam radicalis, quam servilis præformativæ compensant*, & quidem

(α) *radicalis Kal in Præt. & Part. Benoni per* (τ) ut: קָם pro קָוַם, *in reliquis communius per* (וּ) אָקוּם pro אֶקְוּוֹם: *Niph ubique per* (וֹ), ut: נָקוֹם pro נִקְוַם vel נִקְוּוֹם (vi §. 34. (2) *quod* (וֹ) a. *ante aliud Euphoniæ ergo transit in* (וּ), ut: נְקוּמוֹתָ pro נִקְוַמְתָּ; *Hiph. ordinarium* (י.) *vel alternans* (..), ut: הֵקִים pro הִקְוִים; *sed Hoph. ubique analogicum* (-) *retinet.*

(β) *Servilis Præform.* per (τ) (præter Inf. Imp. & Fut. Niph. ubi ordinarium punctum (.) *in Præt. & Part. Hiph.* (..) *& in toto Hophal per* (וּ) in quibus conveniunt cum Geminantibus Ajin.

II. (:) *quiescens ante afformativas Præteritorum Kal* (-) *præmittit; in Niph. & Hiph. in* (וֹ) *transit*, ut & nonnunquam *ante afform.* נָה *Fut. Kal & Hiphil*, more Geminantium ע, in (יֶ). ut: קַמְתָּ pro קָוַמְתָּ; נְקוּמוֹתָ pro נָקוֹמְתָּ, הֲקִימוֹתָ pro הֵקִימְתָּ; תְּשֻׁבֶינָה (Ez. 16. 55) revertemini, sed ibid. bis תָּשׁוֹבְן



ad pag. 71.

	KAL.	NIPHAL.	HIPHIL.	HOPHAL.	PIEL.	PÜAL	HITHPAEL
PRÆT.	קָם a קָמָה &c. קָמְתָּ	נָקוֹם	הֵקִים &c. הֲקִימוֹתָ	הוּקַם	קוֹמֵם c	קוֹמַם	הִתְקוֹמֵם c
INF.	קוּם b	הָקוֹם	הָקִים	הוּקַם	קוֹמֵם	קוֹמַם	הִתְקוֹמֵם
IMP.	קוּם b	הָקוֹם	הָקֵם		קוֹמֵם		הִתְקוֹמֵם
FUT.	אָקוּם b	אָקוֹם	אָקִים	אוּקַם	אֲקוֹמֵם	אֲקוֹמַם	אֶתְקוֹמֵם
PART.	קָם קוּם	נָקוֹם	מֵקִים	מוּקָם	מְקוֹמֵם	מְקוֹמָם	מִתְקוֹמֵם

תְּשׁוּבֶן cum ה apoc. (conf. §.46) תְּחוֹמִינָה (Mich.2.12.) perſtrepent: at (Job.20.12) תְּשִׁבְנָה reſtituent.

III. *Conjugationes Graves pro Dageſch Characteriſtico aſſumunt* (ו) ם (in compenſationem abjectæ) *tertiam geminant*, haut ſecus ac ſi verbum eſſet Geminans Ajin קמם, ut: קוֹמֵם, pro קוּם.

Ob difficultatem, quam & hujus generis verba offundere videntur primas illorum formas uno obtutui damus.

†a) *Præt. Kal* (α) *pro* (τ) *admittit non ſolum* (ו) nempe אוֹר illuxit: בּוֹשׁ erubuit: טוֹב bonus fuit: זוּר (Iſ.58.4. & Jeſ.1.6) at (Pſ.78.30) זָרוּ alienati ſunt: בּוֹאוּ (Jer. 27.18) venerunt, alias (τ); *verum etiam* (..) ſcil. מוּת mortuus eſt: לָץ deriſit, quod ipſum manet in ſyllaba ſimplici, ſed in compoſita ante (:) (-) valet, ut: מֵתוּ (Gen.7.22) mortui ſunt: וָמֵתָה (Ez.28. 8.) pro מָתָה (conf p.58) cum ה p. rag. & morieris: וָמֵתִי (Gen.19.19) & (ut) moriar (β) *loco* ו *interdum* (י) *venit*: v.g. צוּץ floruit. Præt. צָץ (Ez.7.10) רוּר ſalivavit. Præt. רָר (Lev.15.3) inde vulgo *verba* ע"ו naſcuntur.

b) *Pro* (ו) *occurrit etiam* (י) ut: אוֹר lucere, בּוֹא venire; & euphonice (-) u קוּם (Joſ.7.10) ſurge: קוּמוּ (Deut.2.13) ſurgite. coll. §.17.(3)

* Ver-

* Verbum בּוֹשׁ ſub Præformativis Futuri Kal habet (..) ob confuſionem cum verbo יָבֵשׁ, ut: אֵבוֹשׁ erubeſcam &c. Hinc & ſub ה præform. Hiph. pro (..) ſeligit (י) v.c. הוֹבִישׁ (Eſa 30.5. Jer.48.20. Hoſ. 2.7) pudefecit: הוֹבַשְׁתָּ (2. Sam. 19. 6. Pſ. 74.15.) & הֲבִישׁוֹתָ (Pſ. 44.8.) pudefeciſti.

** ה Characteriſticum Hiphil non raro aphæreſin patitur, de qua vid. §. 44. III. (3)

c) *Conjug. Graves* (α) *in pauxillis geminant primam & tertiam*, ut: כִּלְכֵּל (2.Sam.19. 33.) ſuſtentavit: וַיְפַרְפְּרֵנִי (Job. 16.12.) ſed diſrupit me: וְסִכְסַכְתִּי (Jeſ.19.2.) & commiſcebo: יְסַכְסֵךְ (Jeſ.9.10) commiſcebit: וַתִּתְחַלְחַל (Eſth. 4.4.) & dolore affecit ſe, dolens tremuit.

(β) *Ordinariam etiam formam interdum induunt*, ו *ſaltim* (more Chaldæorum) *in* י *mutato*, v. g. קִים l קוּם (Eſth. 9.31.32. coll. v. 21.29) inſtituit. קַיְּמֵנִי (Pſ. 119. 28.) erige, confirma me: וְאָקוּמָה (Pſ. 119.106.) & præſtabo. *Sic Hithp.* הִצְטַיְּדוּ (Joſ. 9.12.) in viaticum ſumſimus. coll. p.58.(5) à צוּד venari.

לה § 40. Quieſcentia LAMED HE

I. *Terminantur*

1. *In omnibus Præteritis in* (ה), ut: גָּלָה migravit, exulavit, pro גָּלָה &c.

2. *In*

2. *In omnibus Infinitivis Constructis* (scil. cum Præfixis בַּכְלַם l. Affixis coll. §. 30. †) in וֹת, ut: גְּלוֹת, migrare: לַעֲשׂוֹת faciendo, ad faciendum. *Sed in Absolutis* (§. 30. †) *regulariter*, v.g. גָּלֹה: עָשֹׂה facere: קַוֹּה קִוִּיתִי (Ps. 40. 2.) exspectando exspectavi: Piel: עַנֵּה תְעַנֶּה (Exod. 22. 22) affligendo affliges. Hiph. הַכֵּה תַכֶּה (Deut. 13. 16) percutiendo percuties.

3. *In omnibus Imperativis in* (..) ut: גְּלֵה migra, pro גְּלֹה &c.

4. *In omnibus Futuris ac Participiis in* (∵), (rarius (.) ubi militat analogice, retinent, v.c. וּמְצַוֵּה (Jes. 55. 4.) & mandans, Præceptor) ut: אֶגְלֶה migrabo, pro אֶגְלֹה &c. גֹּלֶה pro גֹּלֵה migrans. *Sed Paül* ה *in* י *mutat*, ut: גָּלוּי (Esth. 3. 14.) manifestum: תָּלוּי (Deut. 21. 23) sed (Hos. 11. 7) תְּלוּאִים & (Deut. 28. 66) תְּלֻאִית suspensi, coll. §. 3. * & 17. (3).

II. *Mutant*

1. *Accedente afform.* ָה, ה *in* ת, ut; גָּלְתָה pro גָּלְהָה migravit F.

2. ה *Schevandum ante afformativas Præteritorum*, תָּ, תְּ, תִּי &c. *& Imperat & Futurorum* נָה *in* י, *quod in Præt. Kal quiescit in* (.), *in ceteris Præteritis* (usitatius) *in* (..) *sed in Imp. & Fut. in* (∵), ut: גָּלִיתָ, גָּלִית, גָּלִיתִי,

גָּלִיתִי, גְּלִיתֶם &c. pro גָּלַהְתָּ &c. נִגְלִיתָ Revelatus fui &c. גִּלִּיתָ revelasti &c הִגְלִיתִי migrare feci &c. גְּלֶינָה, migrate F. pro גְּלֹהנָה, sic תִּגְלֶינָה migrabitis F. &c.

III. *Abjiciunt tertiam* ה

1. *ante augmenta* י & ו, ut: גָּלוּ pro גָּלֹהוּ migrarunt: Imp. גְּלִי־וּ pro גִּלְהִי־וּ: Fut. תִּגְלִי, pro תִּגְלֹהִי, תִּגְלוּ pro תִּגְלֹהוּ. Eo casu ה abjiciendum *interdum in* (י) *rarius* ו *mobiles* abit, (§. 3.*) quod (י) in Part. Kal plerumque dageschatur, præmisso (.) v. g. חָסָיוּ (Deut. 32. 37) confisi sunt: יִשְׁלָיוּ (Ps. 122. 6) tranquilli sunt: יִרְלְיֻן (Ps. 36. 9.) inebriabuntur cum ן parag. & (ו) euphonice in (ֽ) coll. §. 17. (3). Piel: דַּלְיוּ (Prov. 26. 7) attollite. תְּדַמְּיוּנִי (Jes. 40. 25.) assimilabis me. Hiph. תֹּגְיוּן (Job. 19. 2.) mœrore afficietis cum ן parag. rad. יגה; מְטַחֲוֵי (Gen. 21 16.) jaculantes, jaculatores. Sic שָׁלַוְתִּי (Job. 3 26) tranquillus fui; פֹּרִיָּה (Ps. 128. 3) fructum ferens, fœcunda: בֹּכִיָּה (Thr. 1. 16) flens. צוֹפִיָּה (Prov. 31. 27) speculans.

2. *Etiam ob* ו *conversivum* (§. 44. 2) & *particulam* אַל, de quo §. 46.

* Verbum שָׁחָה prostravit, in Hithpael ante ה amans Epenthesin τοῦ ו vid. in §. 47.

Obs. *Quæ habent* ה *mappikatum utp. mobile*

bile sunt perfecta, ut: גָּבַהּ elatum esse, hinc אָבְהָא (Ezech. 31. 5) elata est, א pro ה coll. §. 3. *: גָּבַהְתָּ (ibid. 10.) exaltas te &c. Sic נָגַהּ splenduit, תָּמַהּ admiratus est.

§. 41. Verba LAMED ALEPH parum habent anomalias, tantummodo לא״ה

I. *Pro* (-) & (ו) (præter *Infinitivum*) *ultimæ syllabæ quiescunt in* (ד), ut: מָצָא pro מָצַא invenit: מְצָא pro מְצֹא inveni: אֶמְצָא pro אֶמְצֹא inveniam: נִמְצָא pro נִמְצַא inventus est &c. sed מְצֹא invenire.

II. *Illud etiam* (ד) *in toto Præterito Kal: in ceteris* (..) *malunt; sed ante Afform. Imp. & Fut.* נָה (:·), ut: מָצָאתָ pro מָצַאתָ invenisti; מְצָאתֶם invenistis; נִמְצֵאתָ inventus fuisti; הִמְצֵאתָ invenire fecisti &c. מְצֶאנָה invenite F. תִּמָּצֶאנָה invenientur.

* Pauca *in Præt. Kal* pro (ד) eligunt (..) np. מָלֵא plenus fuit: יָרֵא timuit, שָׂנֵא odit, צָמֵא sitivit. Hinc מָלֵאתָ (Job. 36. 17) implevisti: מָלֵאתִי (Jer. 6. 11. & eliso א Job. 32. 18) replevi: Sed (Esth. 7. 5) מְלָאוֹ replevit eum; יָרֵאתָ (Lev. 19. 14. 32) timuisti: יָרֵאתִי (Gen. 31. 31) timui: יְרֵאתֶם (Num. 12. 8) sed (Jos. 4. 14) יְרָאתֶם timuistis &c.

III. *Participiorum terminatio* ֶת *heic contra-*

trahitur in ת vel ת ut: מוֹצֵאת (2.Sam.18. 22.) vel: מוֹצְאֵת (Cant. 8.10.) inveniens: יֹצֵאת (Gen.24.15) exiens.

* *Verba* לא & לה *sæpe invicem permutant formas suas*, v.g. *Pro* א *est* ה Ps.60. 4. רְפָה sana. Ps.4. 7. נְסָה tolle, ס insuper alternante cum שׂ coll.§.2. *Et contra* א *pro* ה 2. Reg. 25.29. שִׁנָּא mutavit. Job. 4.14. קְרָאֲנִי accidit mihi, passim. *Sic* forma לה est מְלֹאת (Lev.12.4) implere: קְרֹאת (Jud.8.1.) vocare. *Porro puncta permutant* לא *cum* לה v. c. מִלָּא (Jer.51.34) pro מִלֵּא implevit: כָּלֹאתִי (Ps.119.101.) pro כָּלָאתִי cohibui: כָּלוּ (1.Sam.6.10) pro כָּלְאוּ (Hag.10.1.) sic מָלוּ (Ezech.28.16.) repleverunt: מוֹצֵא (Eccl.7.26) inveniens. (c.8.12.) חֹטֵא peccans. Plura cont. ap. Dn. Danz. in Lit. Ebr.-Ch. p. 456. seq.

Dupliciter Imperfecta.

§. 42. Quæ sunt DUPLICITER IMPERFECTA *utramque suscipiunt formam* (in quantum S. Biblia formant) v.g. הִכָּה percussit, est pro הִנְכִּיה ex נָכָה: הוֹדִינוּ (Ps. 75.2) laudavimus, pro הִיְדַהְנוּ ex יָדָה: תֵּצֶאנָה (Am.4.3) exibitis, pro תִּיְצֹאנָה ex יָצָא &c. Sed quæ sunt *Quiescentia Lamed He,*

He, vel *Defectiva Pe Nun & simul Geminantia Ajin*, v.c. כָּהָה caligavit, לָהָה insanivit, נָהָה lamentatus est; נָדַד vagatus est, *priorem solum sectantur formam.*

MEMBR. X.
DE
Particulis.

§. 43. *Particularum* nomine veniunt omnes voces Indeclinabiles, *Adverbia, Præpositiones, Conjunctiones* ac *Interjectiones*. Sunt a. ejusmodi Particulæ vel *Separatæ* s. *Inconnexæ* (quas recensere munus Lexicographi est, non Grammatici) vel *Inseparabiles* s. *Connexæ*, quæ, quum unica tantum constent litera, propria non gaudent subsistentia Grammatica, sed aliis vocibus præfixæ constanter adhærent, hæ videlicet VII. מֹשֶׁה וְכָלֵב. Quumque hæ ipsæ, ut ceteræ omnes πολυσημία laborent, (imo quam infinita non unicum ו?) unde multum Interpretibus S.S. negotii facessunt, idcirco *potiores* hic prælucebimus *Significationes*:

Præfixarum משה וכלב

(1) *potiores significationes.*

מ *A, ab, de, ex, præ.* &c.
ש *Ut, quia, quod* (vid. p. 39.)
ה *An, Itane, Nonne, ô,* (postpositum Locale) *Ad, versus.*

ו *Et,*

ו *Et, etiam, tunc, itaque, ſed, nam, quia, quod, ut, propterea, præterea, iterum, porro, ſi, cum, certè.* &c.

כ *Sicut, ſecundum, circa, circiter, poſt, poſtquam, antequam,* (bis poſitum) *tamquam, talis, qualis,* &c.

ל *Ad, in, inter, coram, pro, a, de, ex, cum, apud, propter, poſt, erga, ut, quod.* &c.

ב *In, cum, a, ex, contra, ſub, ſuper, erga, ante, per, pro, propter, dum, poſtquam, antequam, quia, ſi, etiamſi* &c.

De quibus fuſius conſulantur Glaſſ. in Phil. S. lib. IV. Tr. I. Nold. in Concord. Particul. & Dn. Danz. in Interpr. Ebr.-Ch. ſuis locis.

(2) Punctatio מ

§. 44. *Punctatio* illarum ita ſe habet:

I. מ (ex מִן decurtatum) *præfigitur per* (.) *ſequente Dageſch* (נ ſcil. abjectum ſic compenſando) ut: מִקֶּדֶם ab oriente: id quod tamen ex ִ ſchevato una cum (:) excidit, coll. §. 16. Reg. V. **. & Reg. III. ut: מִיְּדֵי (Gen. 49. 24.) è manibus, pro מִיְּדֵי: מִירוּשָׁלַ֫ם (Jeſ. 2. 3) ab Hieroſolymis; Præter duo, np. (2. Chron. 10. 11) מִירָשָׁתֵךְ ex hæreditate tua: & (Dan. 12. 2.) מִיְּשֵׁנֵי de dormientibus.

De Punctatione שׁ vid. p. 39.

ה II. ה *interrogativum* ordinarie *punctatur per*

per (-:) ut: הֲלֹא nonne? הֲבַת an filia? *Sed ante Gutturales* (-) ut: הַאַתָּה num tu? *Sic & ante alias schevatas* in primis *Præfixum cum Dagesch F.* ut: הַלְּבֵן an filio? *& ante Gutturales Kamezatas* (∴) ut הֶאָנֹכִי an ego?

ה quando subnectitur est *Locale* & habet ante se (τ) uti ה paragogicum (de quo §. 45) ut: אַרְצָה terram versus: שָׁמַיְמָה versus, ad cœlum.

III. וכלב *præfiguntur communiter per* (:); *sed ante vicinum tonum etiam per* (τ), ut: וָאֵם & mater, וָנֶגְבָּה וָקֵדְמָה וָיָמָּה (Gen. 13. 14) & versus meridiem, & ad ortum, & versus mare (occidentem) כָּהֵנָּה (Gen. 41. 19) sicut illas: לָמַיִם (Gen. 1. 6) ad, inter, aquas, ab aquis: בָּנוּ, בָּהֶם, in nobis, illis. וכלב

Notes: 1. ו *ante Labiales affines* כמף (nisi ante tonum malit (τ) ut: וָבֹהוּ & inanitas) *& ante* (:) (nisi sub י sit) *quiescit in* (וּ), ut: וּבִין & inter, וּמֵעֵץ sed de arbore coll §. 16. Reg. V. וּפָקְדוּ (Deut. 20. 9.) tunc præficiant. וּלְכֹל & in omne.

2. ו *Conversivum* (α) *Futuri in significationem præteriti punctatur cum* (-) *sequente Dagesch; retrahens simul tonum ex ultima in penultimam* (extra Pausam coll. §. 9. & primam Sing. & לֹא) ut: וּתֹוסֶף (Gen. 4. 2) & ad- ו *Conversivū.* (α) *Futuri.*

& addidit F. ex תּוֹסֵף (v. 12) addet, sic וַיָּקָם (v. 8.) & insurrexit, ex יָקוּם (Exod. 21. 19) surget. *At* וַתֹּאכַל & וַיֹּאכַל (Gen. 3. 6.) & comedit: וְאָכַל (v. 12. 13) & comedit: וַיִּקְרָא & vocavit.

(β) Præteriti. (β) *Præteriti in significationem Futuri habet ordinarium suum punctum* (:), *sed ad differentiam* ו *pure copulativi tonum ex penultima ad ultimam* (affirmativam) *dimittit* (præter 1. plur. & sing. ה"ל) ut: וְאָכַלְתָּ (Gen. 3. 18.) & comedes, sed וְאָכַלְתָּ & comedisti: sic וְהַקִימֹתִי (c. 9. 11) & stabiliam: וְרִבַּתִּי (Jes. 6. 12) & crescet. Sed וְאָמַרְנוּ (Gen. 37. 20.) & dicemus: וְהָיִיתִי (Gen. 4. 14.) & ero.

כְּלָב 3. כלב *ante* ה *præfixum si sortiuntur locum, tunc* ה *euphonice absorbetur, ejusque vocalis iis loco sui* (:) *subjicitur*, ut: כְּמוֹץ (Ps. 1. 4.) sicut gluma, pro כְּהַמּוֹץ: לַחֹשֶׁךְ (Gen. 1. 5.) tenebras: בַּלַּיְלָה (c. 19. 33) nocte. *Quod etiam non raro fit ante* ה *Characteristicum Inf. Niph. & Hiph.* ut: בְּעָטֵף (Thr. 2. 11.) cum obruetur, pro בְּהֶעָטֵף coll. Reg. V. §. 16. בְּכָשְׁלוֹ (Prov. 24. 17) cum impingit, lapsus fuerit ille, pro בְּהִכָּשְׁלוֹ (coll. Dan. 11. 34) לָלִין (Gen. 24. 23) ad pernoctandum, pro לָהָלִין: לַשְׁמִיעַ (Ps. 26. 7) ut audire faciam.

MEMBR.

MEMBR. XI.

DE

Figuris Etymologicis.

§. 45. *Paragoge* I. *Communior* eſt (1) ה־ carens tono (ni præcedat (:) mobile) & ſic a terminatione fem. tono ſemper gaudente facile diſcernitur. *Uſus ejus ſane latiſſimus* eſt, (α) *in Verbis*, potiſſimum quidem *Futuris ac Imperativis*, de quibus jam paſſim; *rarius* in ceteris, ut: *in Præt.* שָׁמְרָה (Amos. 1. 11) cuſtodit: בָּגַדְתָּה (Mal. 2. 14.) prævaricatus es. *Inf.* לְמָשְׁחָהּ (Ex. 29. 29) ut ungantur. *Part.* בֹּעֲרָה (Hoſ. 7. 4) ardens. (β) *in Nominibus*, ut: לַיְלָה nox coll. p. 33. *Poſt terminationem fem.* ה־ (vi p. 41. (3) in ת־ mutatum) *Emphaſin*, vel *ſignificationis intenſionem inſinuat*, ut: יְשׁוּעָתָה (Pſ. 3. 3) *omnimoda* ſalus (conf. Buxt. in Lex.) מְזִמָּתָה (Jer. 11. 15) *graviſſimum* ſcelus: בְּצָרָתָה (Pſ. 120. 1) in *maxima* anguſtia coll. pag. præced. n. 3. עֶזְרָתָה (Pſ. 44. 27) *præſentiſſimum* auxilium. Sic & in verbis: הֶחְבִּאתָה (Joſ. 6. 17) *diligenter* abſcondit: נִפְלְאָתָה (2. Sam. 1. 26) admirabilis, ſingulariſſima fuit. (γ) *In Pronominibus*, ut: אַתָּה tu; הֵמָּה illi &c.

Paragoge Communior. ה־

& *Affixis*. כָּה pro כָ, נָּה pro נָ. Ac (δ) *Particulis*, ut: אֵיכָה (Deut. 1. 12. Cant. 1. 7.) quomodo? ubinam? & geminato כּ, אֵיכָכָה (Esth. 8. 6. & Cant. 5. 3. bis)

* Reperitur pariter ה vicies in fine otiose absque vocali, v. g. צָרָה (Gen. 27. 4.) venatio, conf. Wasm. Hebr. Rest. p. 47.

** Aliquando ה parag. *Futuri* & *Infin.* in ת mutatum manet ante suffixum, e. g. תִּבְאֲתְךָ (Job. 22. 21) eveniet tibi, ex תָּבוֹאָה (Jes. 5. 19.) hinc cum duplici Parag. תָּבוֹאתָהּ pro תָּבוֹא; sic כִּשְׁמַעְתּוֹ (Jes. 30. 19) secundum audire ipsum. conf. Dn. Danz, in Lit. p. 475.

(2) τῆς ן *in Personis Verborum in* (וּ) *vel* (יִ) *terminatis*, ut: יֵדְעוּן (Deut. 8. 3.) noverant: תִּשְׁמְעוּן (vs. 20.) & (1. 17.) תִּשְׁמְעוּן audietis: יְחִילוּן (Jes. 13. 8) dolebunt: תְּחִילוּן (Jes. 45. 10) paritura es: תַּעֲשִׂין (Ruth. 3. 4.) facies.

Rarior. II. *Rarior* est *Paragoge*

ה (α) τῆς ה, ut: אֶקְרָאָה (1. Sam. 28. 15.) inclamabo: יִרְשְׁנָה (Ps. 20. 4) in cinerem rediget.

ל (β) τῆς א, potissimum post (וּ) Verborum, ut: הֲהָלְכוּא (Jos. 10. 24) qui iverant, coll. p. 39. &†. אֲבוּא (Jes. 28. 12) voluerunt: יִנָּשׂוּא (Jer. 10. 5) portabuntur, extrito א ad formam לָה. (γ)

(γ) τȣ̃ ו *in Nomine Constructo*, ut: וְהַיְתוֹ־אֶרֶץ (Gen. 1. 24) & bestiam terræ, pro וְחַיַּת־.

(δ) τȣ̃ י *ut plurimum in Pronomine 2. Pers. F. S. in ejusque afformatione*, ut: אַתְּי (1. Reg. 14. 2.) Tu F. & ita sexies notante Buxt. in Lex. נָתַתְּי (Ezech. 16. 18. 36) dedisti &c. *alias quiescit in* (.) ut: שֹׁכְנִי (Deut. 33. 16) inhabitans M. אֹהַבְתִּי (Hos. 10. 11) Amans, quæ amat, ex אֹהֶבֶת coll. § 16. Reg. I. & III. רַבַּתִּי (Thr. 1. 1) magna: הַחֵצִי (1. Sam. 20. 36. 37. 38) sagitta.

§. 46. *Apocope* I. *Communior* fit *Apocope.*

(1) *abjiciendo* simpliciter ֶה *in Futuris*, ֵה *in Imperativis Piel, Hiph & Hithp. verborum* לה״ præcipue *ob* ו *conversivum, & particulam* אַל, v. c. *in Kal:* וַיַּעַשׂ (Gen. 1. 16) & fecit, pro וַיַּעֲשֶׂה coll. §. 16. Reg. IV. (β) III. (II) (b). *Niph.* וָאֶפָּת (Jer. 20. 7) & pellectus, persuasus sum: תִּגָּל (Jes. 47. 3.) retegetur. *Piel:* וַתְּגַל (Ez. 23. 18) & revelavit (se) יְרַד (Jud. 5. 13) dominari facit. גַּל (Ps. 119. 8) retege: הַס (Am. 6. 10) sile: צַו (Num. 5. 2) præcipe. *Hiph.* וְיַךְ (Hos. 14. 6) & percutiet: וַנַּךְ (Deut. 2. 33) & percussimus, pro וַנַּכֶּה: אַל תַּט (Ps. 27. 9) ne avertas: הַעַל (Exod. 33. 12) ascendere fac, pro הַעֲלֵה vid. prius cit. Regg. הַךְ (2.

Reg.6.18) percute: הַט (Pſ. 17.6) inclina, pro הַטֵּה. *Hithp.* וַיִּתְגַּל (Gen. 9.21) & nudavit ſeſe: הִתְחַל (2. Sam. 13.5) ægrotum age. הִתְגַּר (Deut. 2. 24), conf. §. 16. Reg. V.

(2) *Retrahendo* (∵) *ad primam radicalem, præformativis punctum nunc ordinarium, nunc* (..), *in Hiph. a. pro* (-) *etiam alternans* (∵) *habentibus.* e. g. וַיִּבֶן (Gen. 3.22) & ædificavit, pro וַיִּבְנֶה: וַיִּחַר (c. 4. 4. & absque ו c. 18.30) & exarſit ira. At (Job. 19. 11) וַיַּחַר, reſpice וַיַּעַשׂ: יִרֶב (Gen. 1. 22) multiplicetur: וַתֵּרֶא (Gen. 3. 6.) & vidit: אַל־יֵרֶא (Job. 20.17) ne videat: וַיִּז (2. Reg. 9.33.) & ſparſit, & וְיִז (Jeſ. 63. 3) & ſparſum eſt, pro יִזֶּה (Lev. 6. 27.) rad. נָזָה: אַל תֵּט (Prov. 4.5) ne declines, pro תִּטֶּה: *Hiph.* וַיֶּגֶל (2. Reg. 17. 6) & exulare fecit: וַיֶּפֶר (Pſ. 105.24) & fœcundavit: הֶרֶף (Deut. 9.14) deſiſte, pro הַרְפֵּה: אַל תֶּמַח (Neh. 13. 14) ne deleas. coll. §. 17. (4) וַתֵּכַהּ (Job. 17. 7) & caligavit, rad. כָּהָה: וַתֵּלַהּ (Gen. 47. 13) & furebat, rad. לָהָה, in quibus duobus extra (-) vicarium (de quo §. 17. (4) accedit Mappik.

Obſ. (α) *Prima radicalis* (:) *analogicum retinet, ſi ſecunda fuerit una ex* בְּדַטְכְּקַת v. g. וַתֵּבְךְּ (Gen. 21. 16. coll. c. 27. 38) & flevit

vit F. יִשֹּׁט (Prov. 7. 25.) declinabis. וַתִּשֹּׁק (c. 21. 19) & potavit F. יָרַד (Jes. 41. 2) dominari faciet: in Kal וַיִּרְדּ (Ps. 72. 8.) & dominatus est, conf. §. 6. at וַיַּרְא (Gen. 1. 4 &c.) & vidit, (ex יִרְאֶה) pro (.) l. (..) hic amat (-).

(β) חַיָּה & חִיָּה *Apocope facta admittunt metathesin punctorum, cum non possit quiescere in* (:), ut: וַיְהִי (Gen. 1. 3 &c.) & fuit: יְהִי (ibid) erit, ex יִהְיֶה; sic וַיְחִי (c. 5. 3) & vixit: יְחִי (1. Sam. 20. 24) vivat, ex יִחְיֶה conf. p. 24.**

II. *Rarior* est *Apocope* *Rarior.*

א (α) τῆς א *Verborum* לא, ut: חֳלִי (Jes. 53. 10) ægrotare fecit: יְנִי (Ps. 141. 5) franget, irritum faciet: אֲבִי (1. Reg. 21. 29. Mich. 1. 15) venire faciam: מְבִי (1. Reg. 21. 21. Jerem. 19. 15) venire faciens, sed מְבִיא, אֲנִיא ק.

ם (β) τῆς ם *Pluralis*, ut: עַמִּי (2. Sam. 22. 44) populi: רֹעִי (Jes. 38. 12.) pastorum: חֹרִי (Gen. 40. 16) foraminum: לַכֹּרִי (2. Reg. 11. 4. coll. v. 19) cum Præfectis, Primoribus.

ה (γ) τῆς ה *Paragogici* (a) in affirmativo Imp. & Fut. נָה, (τ) etiam interdum resecto, ut: וְתִגַּשְׁן, וְתִשְׁתַּחֲוֶיךָ (Gen. 33. 6) &

accesserunt, & incurvarunt sese, coll. §. seq. (β) קְרֶאן (Ruth. 1.20) vocate: & (Exod. 2.20.) קִרְאֶן punctis transmotis: שְׁמַעַן (Gen. 4.23.) audite, pro שְׁמַעֲנָה coll. p. 22. (b). (b) *In voce* לְךָ i, abi, (Num. 23. 13. Jud. 19.13. 2. Chr. 25.17) pro לְכָה, ex לֵךְ rad. יָלַךְ conf. p. 67.

Epenthesis. נ

§. 47. *Epenthesis* inserit otiose

I. נ *ante Affixa* inprimis *Futurorum*, & quidem cum (:) ante הוּ, הָ, נִי, loco vocalis ipsis præmittendæ vi pag. 40, ut: יְסֹבְבֶנְהוּ (Deut. 32.10) circumduxit eum: יִמְצָאוּנְהָ (Jer. 2.24) invenient eam: יִמְצָאֻנְנִי, יִשְׁחָרֻנְנִי, יִקְרָאֻנְנִי (Prov. 1.28) vocabunt me, mane quærent me, invenient me: אֶתְּקֶנְךָ (Jer. 22.24) abrumpam te: יְשָׁרְתוּנֶךָ (Jes. 60.7) ministrabunt tibi, (..) in (:) ob ablatum tonum. *Ejusmodi* נ *ante aliud* נ & ךָ *quandoque iterum ejicitur, & compensatur per Dagesch*, e. g. תְּבָרְכַנִּי (Gen. 27. 19. & 31) benedicet mihi: וְתִשְׁמְרֶךָּ, וְתִצְּרֶךָּ (Prov. 4.6) & custodiet te, & conservabit te. Sic אַיֶּכָּה (Gen. 3.9) ubi tu (es)? coll. §. 16. Reg. VI. (γ).

א, ו, י, II. *Literas Quiescentes* א, ו, י, & quidem

(α) א (præcipue in *Quiescentibus* ע״ו ejectum ו qs. compensando) וְקָאם (Hos. 10.14) & sur-

ſurget, rad. קום; וְרָאֲמָה (Zach. 14. 10) & exaltabitur. רָאמוֹת (Prov. 24. 7. Ez. 27. 16. Job. 28. 16) excelſæ. וְיָנֵאץ (Eccl. 12. 5) & florebit; ſic אַשְׁמְאִילָה (Gen. 13. 19 coll. 1. Chr. 12. 2) dextram petam.

(β) ו ut: מַדְוֵיהֶם (2. Sam. 10. 4) veſtes eorum pro מַדֵּיהֶם: inprimis ante ה in Hithp. verbi שָׁחָה, ſcil. הִשְׁתַּחֲוָה (Ez. 46. 2) incurvavit ſe: הִשְׁתַּחֲוִיתִי (2. Sam. 16. 4. coll. 1. Reg. 9. 6) הִשְׁתַּחֲווּ (Jer. 8. 12) incurvarunt ſe: Fut. apoc. וַיִּשְׁתַּחוּ (Gen. 48. 12. coll. Ruth. 2. 9.) pro וַיִּשְׁתַּחוּ à יִשְׁתַּחֲוֶה, forte ad differentiam Plur. וַיִּשְׁתַּחֲווּ (Gen. 43. 26. coll. v. 29. & 1. Reg. 9. 9.) & procubuerunt.

(γ) י ut: הַכֵּינִי (1. Reg. 20. 35.) percute me: תֵּיעָשֶׂה (Ex. 25. 31.) fiet: חַיֵּיהוּ (Hab. 3. 2.) vivifica, conſerva eum: תִּמָּצֶאינָה (Jer. 50. 10) invenientur: לְדַרְיוֹשׁ (Eſr. 10. 16) pro לְרָרוֹשׁ coll. §. 16. Reg. III. (α & β).

§. 48. *Aphæreſis tollit* ה *Præformativum Imperativi* (raro Præteriti & Infinitivi abſoluti) *Hiphil*, in Quieſcentibus ע״ו & quidem in his XII: בִּין intellige, pro הָבִין, גִּיל exulta, דִּין judica, חִיל time, לִין pernocta, נִיר novella, שִׂיחַ loquere, שִׂים pone, שִׁיר canta, שִׂישׂ gaude, שִׂית pone; *in Præt.* רִיבוֹתָ (Job. 33. 13) litigas: בִּינֹתִי

Aphæreſis. ה *Præform.*

 (Dan.

(Dan.9.2) adverti: וְיִגּוֹם (Jer.16.16.) & piscabuntur eos, pro וְהִדְיִגּוֹם. Quod etiam frequenter ה pereat in *Infinitivo Hiphal & Hiphil* cum Præfixis כלב constructo, docet pag. 80. n. 3.

COROLLARIUM
DE
Investigatione Radicis.

§. 49. A QUA RADICE? prima inter prima Analyseos vox est. Nec immerito, quum voces in prima Principia, quæ sunt Radices, resolvere, prima Philebræo cura esse debeat. Cura a. Radicis promte & feliciter investigandæ prima ei erit, TRES ut dispiciat LITERAS, utpote *Radicem* constituentes, & in Lexicis obvias, quæ ei facillime, si Vox l. Verbum fuerit *Perfectum*, apparebunt, dummodo *abjecerit literas omnes actu serviles, omnemque incrementum.* Quod si fuerit Vox l. Verbum *Imperfectum*, majoris curæ res erit, quam tamen levabimus his suppeditatis remediis:

Radix quomodo investiganda?

I. *Remanentibus* (dicto modo) *duabus literis radicalibus*, quarum est

(1) *Prior Dagessata* (ni istud Dagesch sit ex Conjug. Niphal, vel Præfixo) indicium

cium est abjectæ *primæ radicalis* נ; interdum י ductu pag. 69.**. ut: הִגִּיד rad. נגד. וַיַּנִּחֵהוּ rad. ינח.

(2) *Posterior Dageschata, duplicatur*, s. est radix geminans Ajin; rarissime vult præmissum נ, ut: רַבּוּ rad. רָבַב; at אַפֶּיךָ rad. אָנַף.

(3) *Afformativa Dageschata* arguit tertiam נ vel ת v.g. נָתַתָּ rad. נָתַן: הִשְׁבַּתִּי rad. שָׁבַת.

Si neutra sit Dageschata

respiciendum est ad vocales vicinas; Vocalis enim ante vel snb primam residuam si fuerit

(α) (τ) signat radicem *Ajin Vau Quiescentis*, vel *Geminantem Ajin* s. secundam, v.g. וַיָּנַח rad. נוּחַ: יָחֹן rad. חָנַן: קָם rad. קוּם.

(β) (..) designat in Kal *Pe Jod*; in Hiphil *Ajin Vau Quiescens*, vel *Ajin Geminatum*, v. c. וַיֵּלֶד rad. יָלַד: שֵׁב rad. יָשַׁב: עֵצָה rad. יָעַץ: הֵקִים rad. קוּם: מֵסֵב rad. סָבַב.

(γ) וֹ notat *Pe Jod*, ut: הוֹלִיד, נוֹלַד rad. יָלַד, quia nulla radix à ו incipit, excepto וָו uncus.

(δ) וּ indicat *Pe Jod*, vel *Ajin Vau Quiescens*, vel *Ajin Geminatum*, ut: הוּשַׁב, הוּסַב,

הוֹסֵב, הוּקַם, istud est ex יָשַׁב, illud ex סָבַב, hoc ex קוּם.

Si post secundam resíduam est

(ε) י. vel ו cum tono, intenditur *Quiescens Lamed He*; nec non si præcedit ו *conversívum Futuri*, v. g. גָּלוֹ, תִּגְלוֹ, תִּגְלוּ rad. גָּלָה: וַיַּרְא rad. רָאָה.

II. *Remanente Unica tantum radicali*, tunc *tertia* est ה, & *prima* נ vel י e. c. הַט rad. נָטָה: יִכֹּה rad. נכה: יִרוּ rad. יָרָה, תִּנּוּ rad. נָנָה.

Pluribus observationibus imo his ipsis vix opus erit, modo quis, analysin felici pede subiturus, Imperfectorum formas sibi impressérit, id quod viva fidaque Magistri voce facile fieri potest, sic enim ex ipsa forma statim noverit radicem, nec sic erit, quod cum misere Ebraizante, ad quem parum solatii fluit ex tritis versículis: *Abjice servíles & tres si forte supersunt* &c. anxie consulat & pervolvat Indices, vel Lexica omnes formas, uti occurrunt, ordine exhibentia, quæ hoc passu potius inertiæ quam solertiæ sunt suscitabula.

(o)

PART. II.

DE

SYNTAXI.

MEMBRUM I.

DE

Syntaxi Nominis.

§. 50. *Genus Neutrum* præcipue *per Ellipsin* Substantivi exprimitur, quod quum nunc Masculinum nunc Femininum sit, necessario hinc adjectivum ad illud relatum est tale. Unde ad *Adjectivum Masculinum* utplurimum subaudietur דָּבָר, i. e. res, negotium, verbum v.g. לֹא טוֹב sc. דָּבָר Non (est) bona res. Gen. 2. 28. ad *Femininum* a. illius conjugatum דִּבְרָה vel alia sensui commoda vox c. c. Ps. 27. 4. אַחַת שָׁאַלְתִּי unam petii, scil. שְׁאֵלָה, petitionem. Quod Latini efferunt: *Unum petii* scil. negotium. Uti: *Varium & mutabile semper femina*, subaudi: negotium &c. Exinde patet, cujus commatis, soliditatisque sit, quod Grammatici vulgo docent: *Neutrum apud Ebræos plerumque per femininum, raro per Masculinum exprimi.* Conf. Exempla ad Thesin nostram facientia

Genus Neutrum.

cientia apud Buxt. in Thes. Lib. II. p. 345. seq. & Glass. Philol. S. Lib. III. Tr. I. can. 12. p. m. 411. applicatis simul Exemplis can. 19. vulgatam sententiam exhibentis.

Constructio Substantivi (1) cum alio.

§. 51. *Substantivum* (1) *cum Substantivo rei diversæ parit Regimen,* (quamvis & quandoque *in Appositione* conf. Gen. 15. 18. Ezech. 3. 15. Amos 5. 2. Perinde, ac apud Latinos *flumen Rheni & Rhenus* de cujus ratione & alteratione actum est §. 21, e. g. שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם חֲמֵשׁ וְאֵל (Gen. 25. 7) & isti (sunt) dies annorum vitæ Abrahami. Illud *Regimen* etiam fit *pleonastice per interceſſum Particularum* מ, ל, ב, ut: חָרֵי בְגִלְבֹּעַ (2. Sam. 1. 21) o montes (in Gilboa). Gilboæ coll. 1. Sam. 31. 1. כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר (Jes. 3. 9.) secundum lætitiam (in messe), messis, qualis scil. tempore abundantis messis excitari solet; שְׁנַת לְעֵינַי (Ps. 132. 2.) somnus (in oculis meis) oculorum meorum; חֲמַת מַיִן (Hos. 7. 5) uter (de vino) vini. Atque sic pariter cum Particulis separatis, quas tamen Constructiones pariter *per Enallagen Substantivi Constructi pro absoluto* explicari posse ad mentem R. Levi Job. 18. ℣. 2. & R. Salomonis Jud. 8. ℣. 11. & alibi passim, item Kimchi in 2. Sam. 1. ℣. 21. & in Michlol fol. 16, innuit Cl. Buxtorff. l. c. p. 365.

p. 365. & ex eo Glass. l. c. Can. 31. p. m. 459. fin. Conf. not. (β).

(2) *Cum Infinitivo* tanquam Nomine, ut: בְּיוֹם עֲשׂוֹת (Gen. 2. 4) in die facere, q. d. factionis i. e. cum, quo faceret, coll. v. 17: כִּימֵי צֵאתֶךָ (Mich. 7. 15) juxta dies egredi q. d. egressionis tuæ, uti LXX reddunt: Κατὰ τὰς ἡμέρας τῆς ἐξοδίας σου; בְּשָׁנַת בּוֹא (Jes. 20. 1.) in anno (venire) adventus, quo venit. Sic & quandoque *Participia*: אֹהֲבֵי לָנוּם (Esa. 56. 10) amantes dormitare, q. d. amatores dormitationis. Conf. Ps. 127. 2. (2) *Cum Infinitivo.*

(3) *Cum* שֶׁ אֲשֶׁר (& interdum suppresso) ut: בִּמְקוֹם אֲשֶׁר נִבְרֵאת (Ez. 21. 35) in loco quo procreata fuisti, coll. Gen. 39. 20. & alibi: מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל הָעֵץ (Eccl. 11. 3) loco, quo cadit arbor, coll. cap. 1. 7. & tali in casu מָקוֹם fere semper construitur, notante Kimchio. Sic קִרְיַת חָנָה דָּוִד (Jes. 29. 1.) urbi (in qua) castra metatus est David. q. d. urbi militiæ Davidis: לֹא יָדַעְתִּי שִׂפַת (Ps. 81. 6) labium (quod) non novi, audiebam, qs. labium populi. conf. etiam §. (3) *Cum* אֲשֶׁר

(4) *Cum Adverbio*: קְלָלַת חִנָּם (Prov. 26. 2.) maledictio gratis i. e. immeritæ rei, coll. §. 60. דְּמֵי חִנָּם (1. Reg. 2. 31) sanguines (4) *Cum Adverbio.*

im-

immerito, q. d. ſanguinem innocentiæ, innocenter & immerito effuſum: צְרִי יוֹמָם (Ezech. 30. 16) hoſtes interdiu, h. e. diurni ſ. quotidiani.

Hypallage. Notes (α) *Hypallagen* ſ. vocum inverſionem in Regimine, ut: בְּעָרֵי הַפְּרָזוֹת (Eſth. 9. 19) in civitatibus pagorum h. e. in pagis civitatum: כֶּסֶף סִיגִים (Prov. 26. 23.) argentum ſcoriarum, pro סִיגֵי כֶסֶף ſcoriæ argenti, Silberſchaum: Joſ. 2. 6. Et abſcondit (Rahab) eos בְּפִשְׁתֵי הָעֵץ inter lina ligni, pro בְּעֲצֵי הַפִּשְׁתָּה inter ligna i. e. culmos, ſtipulas lini. Conf. heic Gl. l. c. Can. 43.

Enallage. (β) *Enallagen formæ Conſtructæ pro abſoluta*, & vice verſa, ut: מֵי הַמָּרִים (Num. 5. 18) pro מַיִם, aquæ amaræ: מַלְאֲכֵי רָעִים (Pſ. 78. 49) Nuncii mali, pro מַלְאָכִים: חָכְמַת וְדַעַת (Jeſ. 33. 6) ſapientia & ſcientia, pro חָכְמָה: מַכַּת בִּלְתִּי סָרָה (Jeſ. 14. 6.) Plaga ſine averſione, i. e. immota, indefinente, pro מַכָּה. Quod tamen, & plura alia, (quæ vid. ap. Buxt. in Theſ. Lib. II. p. 379. ſeq.) Aben Eſra *per Ellipſin poſterioris Subſtantivi* explicat, np. מַכַּת יָד, plaga (percuſſione) manus ſcil. Domini. Sicut Amos 6. 6. חַשְׁתִּים בְּמִזְרְקֵי (כֶּסֶף) יָיִן bibentes in crateribus (argen-

(argenti l. auri) vinum &c. *Contra formæ absolutæ pro constructa:* לֶחֶם לַחַץ וּמַיִם לַחַץ (1.Reg.22. 27) cibo oppressionis, & aqua oppressionis. אֱלֹהִים צְבָאוֹת (Ps. 80.5. 84.9.) Deus exercituum, pro אֱלֹהֵי כֹל הָעָם הָאָרֶץ: (Ez.45. 16.) universus populus terræ: דִּבְרֵי נֶחָמִים (Zach. 1. 13) verba consolationum. &c. vid. cit. Auct. p. 377. 378. & 379. Quamquam alii cum Kimchio *per Ellipsin* explicent, vel *Præpositionis*, v. g. לַאֲדִירִים עָם (Jud. 5. 13) Magnificis populi, q. d, בְּעַם in populo. חֲמַת אַפּוֹ (Esa.44.25) excandescentiam iræ suæ, qs. בְּאַפּוֹ in ira sua: Unde eo casu *posterius* sæpe *præfixum* habet ל tq. notam *Genitivi*, ut: עַבְדֵי לְשָׁאוּל (1. Sam. 18. 8.) Servi Saulis: הַמָּוְתָה לַחֲסִידָיו (Ps.116. 15) mors sanctorum suorum; *Vel ejusdem Nominis Constructi*, ita, ut e. g. verba Prov. 22. 21. אִמְרֵי אֱמֶת eloquia veritatis sint posita, pro אִמְרִים אֱמֶת אִמְרֵי אֱמֶת eloquia, eloquia, inquam, veritatis, & ita in aliis. Neque id omni-„ no ab re. Nam ejusmodi locutiones„ integræ plus simplici vice occurrunt.„ e. g. עַל הַזָּקָן זְקַן אַהֲרֹן (Ps. 133. 2) super *barbam*, *barbam*, inquam, Aaronis:

הַמָּקוֹם

הַמָּקוֹם מְקוֹם מִקְנֶה (Num. 32. 1) *locus* ille, *locus* (erat) pecoris: Conf. Exod. 38. 21. Ezech. 47. 3.

Constructio Duorum Synonymorum.

§. 52. *Constructio duorum Synonymorum* plerumque *auxesin insinuat*, ut: Jehova מְנַת חֶלְקִי (Psal. 16. 5.) *pars portionis meæ*, i. e. omnimoda pars s. portio mea: עֲוֹן חַטָּאתִי (Ps. 32. 5) *peccatum iniquitatis meæ*, i. e. plurima & graviſſima peccata mea: קוֹץ שָׁמִיר (Eſa. 32. 13) *ſpina ſentis* i. e. plurima ſentis: מִטִּיט הַיָּוֵן (Ps. 40. 3) *e luto cœni*, i. e. e luto profundiſſimo. Ferme uti Plaut. Bach. ut eum *ex lutulento cœno* propere hinc ejiciat foras. Dico a. *plerumque*. Ad omnia n. exempla haud extendi poteſt regula, v. g. מִזְמוֹר שִׁיר (Ps. 67. 1) Pſalmus Cantici. Et (Ps. 48. 1) שִׁיר מִזְמוֹר canticum Pſalmi h. e. canticum, vel Pſalmus: אַדְמַת עָפָר (Dan. 12. 2) in terra pulveris, h. e. in pulvere s. terra pulverulenta. Conf. Gl. l. c. Can. 22. p. 462.

Repetitio ejusdem Substantivi.

§. 54. *Repetitio ejusdem Substantivi in eodem caſu innuit*

1. *Emphaſin*, vel *Continuationem*, v. g. בַּדֶּרֶךְ בַּדֶּרֶךְ אֵלֵךְ (Deut. 2. 27) *in via, in via* ibo, i. e. continuo eadem via, nullibi deflectam: צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף (Deut. 16. 20) *juſtitiam*

tiam justitiam sectaberis, h. e. justitiam constanter ac strenue persequeris.

2. *Multitudinem*, & quidem plerumque *in Plurali*; ut: Gen. 14. 10. Et vallis Siddim erat בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר *putei putei* bituminis, i. e. puteos plurimos habeat bituminis, s. puteis bituminosis refertissima erat: 2. Reg. 3. 16. Fac torrentem hunc גְּבִים גְּבִים *foveas foveas*, i. e. fac in eo plurimas foveas: Jud. 5. 23. מִדַּחֲרוֹת דַּחֲרוֹת propter *plausus plausus*, i. e. propter multiplicem & incitatissimum equorum plausum & cursum.

3. *Distributionem*. Alterum n. loco *adjectivi distributivi* est, quo Ebræi non æq gaudent, ut: וַיִּהְיוּ עֹשִׂים גּוֹי גּוֹי אֱלֹהָיו (2. Reg. 17. 29) Et erant facientes (i. e. faciebant) *gens gens* Deos suos, i. e. singulæ gentes faciebant sibi Deos. וְקַח מֵאִתָּם מַטֶּה מַטֶּה (Num. 17. 17. al. 2.) & sume ab illis *virgam* (scipionem) *virgam*, i. e. singulas virgas: אִישׁ אִישׁ כִּי־תִשְׁטֶה אִשְׁתּוֹ (Num. 5. 12) *Vir vir* quum declinaverit uxor ejus, i. e. quum ullius (cujuscunque) viri uxor declinaverit, coll. Lev. 15. 2. & 24. 15. Ezech. 14. 4. Par ratio *in Numeralibus*: שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ (Gen. 7. 9) *duo duo* ingressa sunt, i. e. bina, singula paria, &c.

Quodsi copula ו *intercedat, sæpe diversitatem denotat*, v.g. בְּלֵב וָלֵב יְדַבֵּרוּ (Ps. 12. 3) *corde & corde* loquuntur, h. e. duplici & dispari corde, quorum unum in ore, alterum in pectore est, ut Ebræi exponunt: אִישׁ וְאִישׁ יֻלַּד בָּהּ (Ps. 87. 5) *vir & vir* natus est in ea, i. e. hic & ille, diversi, quamplurimi. Hoc ipsum poterit ad secundum etiam membrum referri. Deut. 25. 13. לֹא יִהְיֶה לְךָ בְּכִיסְךָ אֶבֶן וָאָבֶן Non erit tibi in loculo tuo *pondus & pondus*, h. e. diversum pondus, alterum majus (in emtione) alterum minus (in venditione) sic vs. 14. אֵיפָה וְאֵיפָה *Epha & Epha. Quod etiam procedit in repetitione totius Phraseos*, np. Ez. 4. 6. יוֹם לַשָּׁנָה יוֹם לַשָּׁנָה *diem pro anno, diem pro anno* posui tibi: i. e. quemlibet diem pro quolibet anno. Num. 17. 21. Et deposuerunt penes ipsum omnes Principes eorũ מַטֶּה לְנָשִׂיא אֶחָד מַטֶּה לְנָשִׂיא אֶחָד *baculum pro Principe, baculum pro Principe*, i. e. pro quolibet Principe baculum unum. Vid. Dn. Danz. in Interpr. Ebr-Chald. §. 17. p. 22. 23.

ejusdem Phraseos.

Conjunctio (1) Duorum Synonymorum.

§. 54. Duo Synonyma vel disparatæ significationis conjunguntur, quorum alterum Adjectivi vicem sustinet cum emphasi, ut: Gen. 1. 26. בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *in imagine* nostra,

ſtra, *ad ſimilitudinem* noſtram, i. e. in imagine nobis ſimillima. vid. heic Glaſſ. l. c. can. 6. p. 392: 1. Chr. 22. 5. לְשֵׁם וּלְתִפְאֶרֶת ad *nomen* & ad *gloriam*, i. e. ad nomen glorioſiſſimum: Jer. 22. 3. עֲשׂוּ מִשְׁפָּט וּצְדָקָה facite *judicium* & *juſtitiam*, h. e. judicium juſtum. Dicitur hæc loquendi forma, vulgo *Hendiadys* qs. ab ἓν διὰ δυοῖν, unum per duo. Conf. omnino Auct. cit. l. c.

(β) *Duorum Subſtantivorum per* ו *connexorum.*

§. 55. *Duorum Subſtantivorum, per copulam* ו *connexorum alterum in Genitivo ſæpe exponendum eſt*, quæ etiam eſt *Hendiadys*, v. g. עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרֹנֵךְ (Gen. 3. 16) *dolorem tuum & conceptum* tuum, i. e. dolorem conceptus tui: afferte Jehovæ כָּבוֹד וָעֹז (Pſ. 96. 7) *gloriam & fortitudinem*, h. e. gloriam fortitudinis: לָתֵת לָכֶם אַחֲרִית וְתִקְוָה (Jer. 29. 11) ad dandum vobis *finem & exſpectationem*, i. e. finem exſpectationis ſ. exſpectatum, exoptatum. Tale eſt illud Virgilii, Æn. 1. *Molemque & montes* inſuper altos impoſuit, h. e. moles altorum montium.

Adjectivum poſtponitur.

§. 56. *Adjectivum Subſtantivo* (ordinarie) *poſtponitur*, v. g. אֵל רַחוּם וְחַנּוּן (Exod. 34. 6) Deus miſericors & gratioſus: בֵּן חָכָם (Prov. 15. 20) filius ſapiens, & (28. 7) בֵּן

בִּינִים הָהֵם filius intelligens: בִּימֵי הָהֵם (Gen. 6. 4) in diebus illis.

præcedit

Obſ. 1. *Si præcedit Adjectivum, eſt Ellipſis verbi* Sum; *aut in Subſtantivum degenerat*, ut: יָשָׁר דִּבַּר יְהוָה (Pſ. 33. 4) *Rectum* (eſt) verbum Domini: גָּדוֹל עֲוֹנִי (Gen. 4. 13) *magna* (eſt) iniquitas mea: רַבִּים מַכְאֹבִים לָרָשָׁע (Pſ. 32. 10) *multi* (ſunt) dolores improbo; צַדִּיק עַבְדִּי (Jer. 2. 19) *Juſtus* ſervus meus: עָרֵל זָכָר (Gen. 17. 14) *Præputiatus* maſculus. Ebræi quippe prædicato plerumque *poſtponunt ſubjectum*, quod in conciſis ſententiis probe notandum eſſe, monet Schick. in App. Inſtit. p. 160.

2. *Adjectivum in ſtatu conſtructo præpoſitum & quidem Rei, denotat qualitatem ſ. modum; ſi Perſonæ; prærogativam ſ. eminentiam*, ut: נְקִי כַּפַּיִם וּבַר לֵבָב (Pſ. 24. 4) innocens manibus, & purus corde: גָּדַל הָעֵצָה וְרַב הָעֲלִילִיָּה (Jer. 32. 19) magnus conſilio & multus opere; חַכְמוֹת נָשִׁים (Prov. 14. 1) ſapientes mulierum, i. e. ſapiens quæque mulier: חֹכֵם חֲרָשִׁים (Eſa. 3. 3) ſapientem artificum, i. e. inter artifices.

* *Numeralia Cardinalia* (§. 60.) utplurimum; vox כֹּל *omnis, utriusque Generis & Numeri* (etſi ſunt qui non concretum, ſed abſtractum eſſe, & *omneitatem ſ. univerſitatem* notare ajunt) fere ſem-

semper & interdum רַב *multus, præcedere* planum est.

§. 57. *Adjectivum frequentissime non sine elegantia substantivo exprimitur*, ut: אַב־ הֲמוֹן גּוֹיִם (Gen. 17. 5) pater *multitudinis gentium*, i. e. multarum gentium: כָּתְנוֹת עוֹר (Gen. 3. 21.) *tunicas pellis* i. e. pelliceas: sic אִישׁ דִּבְרִים l. שְׂפָתַיִם (Exod. 4. 10. Job. 11. 2) *vir verborum* l. *labiorum*, i. e. eloquens: אִישׁ לָשׁוֹן (Ps. 140. 12) *vir linguæ* i. e. maledicus: וְאִישׁ מִלְחָמָה־ וְאִישׁ תֹּאַר (1. Sam 16. 18) & *virum belli* (i. e. bellicosum, Krieges-Mann) & *virum formæ* (i. e. formosum) אַנְשֵׁי הַשֵּׁם (Gen. 6. 4) *viri nominis*, i. e. nominatissimi, celebres: אַנְשֵׁי עֲצָתִי (Ps. 119. 24) *viri consilii* (i. e. consiliarii) mei. *Sic & mediantibus Particulis* מ, ל, ב, ut: יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל (1. Chr. 26. 14) *consiliarius cum intellectu*, h. e. intelligens, prudens: אַשְׁמוּרָה בַלַּיְלָה (Ps. 90. 4. coll. Cant. 3 8) *custodia in nocte*, i. e. nocturna: & אֲרִיד־ חֲזִיר מִיַּעַר (Jer. 5. 6. Ps. 80. 14) *Leo, & aper de Sylva*, i. e. Sylvestris: הָלַךְ בְּרֶרֶךְ מֵרָחוֹק (Prov. 7. 19) abiit *viâ e longinquo*, h. e. longinqua: longum iter ingressus est: מִזְמוֹר לְתוֹדָה (Ps. 100.) *Psalmus ad gratiarum actionem*, i. e. εὐχαριστικὸς. Buxt. l. c. Reg. 2. p. 338. Gl. l. c. Can. 9. p. 404.

Pro Adjectivo (1) Substantivum.

(1) Adverbiū. §. 58. *Adjectivi vicem etiam sæpe explet Adverbium*, v. g. דָּם חִנָּם (1.Sam. 25.31) *sanguis immeritò*, i. e. innoxius, immerito effusus: אַל־תְּהִי עֵד חִנָּם (Prov. 24.28) Ne sis *testis temere*, i. e. temerarius: מְפַחֵד פִּתְאֹם (Prov. 3.25) a *pavore subitò*, i. e. subitaneo: יוֹם מָחָר (Gen. 30.33. Prov. 27.1) *dies cras*, i. e. crastinus. Buxt. l. c. p. 340. Glass. l. c. can. 10. p. 407.

Numeralium Constructio. §. 59. *Numeralia Cardinalia* (α) *in promiscuo statu cum promiscuo numero Numerati construuntur*, ut: חֲמֵשׁ שָׁנִים וּמֵאָה שָׁנָה (Gen. 5. 6) Quinque annos, & centum (annum, i. e.) annos: לְשִׁבְעַת הַיָּמִים (Gen 7. 10) Post septem dies, l. die septimo. &c. (β) *A 3 ad 9 inclusive in plurali tot denarios significant, quot unitates in Singulari*, ut: שָׁלֹשׁ tres, plur. שְׁלֹשִׁים triginta: אַרְבָּעִים אִישׁ quadraginta viri q.d. quadraginta vir, uti nos vierzig Männer/ & vierzig Mann. Sed עֶשְׂרֵה l. עֶשְׂרֵת decem in pl. עֶשְׂרִים viginti.

Significatio.

Idiotismi Substantivorum. §. 60. *Substantiva* אִישׁ a) *vir*, בֵּן b) *filius*, בַּעַל c) *dominus*, *ac* בַּיִת d) *domus*, *constructa cum aliis varios, eosque insignes pariunt idiotismos*, ut:

אִישׁ a) אִישׁ מַתָּן (Prov. 19. 6) *vir muneris*, i. e. munificus, liberalis. אַנְשֵׁי רֶשַׁע (Job. 34. 8) *viri*

viri improbitatis, i. e. improbi. אַנְשֵׁי חַיִל (Gen. 47. 6) *viri virtutis*, i. e. induſtrii, ſtrenui. coll. 2. Reg. 24. 16. אִישׁ אַרְמָה l. שָׂדֶה (Gen. 9. 20. c. 25. 27) *vir terræ* l. *agri*, i. e. agricola: אִישׁ חֲבָנִים (1. Sam. 17. 4) *vir medietatum*, h. e. intermedius, arbiter, interponens ſe inter duo caſtra, duello pugnam transacturus. *Sed* אִישׁ in verbis Jer. 15. 10. Hei mihi, mater mea, quod peperiſti me אִישׁ רִיב *virum rixæ*, וְאִישׁ מָדוֹן & *virum contentionis* toti terræ, *objective* & *paſſive* accipitur, ut rectè Lutherus: wider den jederman haddert und zancket im gantzen Lande. Contrà *active* Jeſ. 41. 11. Et peribunt אַנְשֵׁי רִיבֶךָ *viri contentionis tuæ*, i. e. adverſarii tui, die Leute/ ſo mit dir haddern.

b) בְּנֵי־בְלִיַּעַל (Deut. 13. 13.) filii nequitiæ, nullius frugis, & Jud. 19. 22. emphatice per pleonaſmum additur: אַנְשֵׁי *viri filiorum Belial*, h. e. improbiſſimi: (De *Etymologia* vocis בְּלִיַּעַל vid. Gl. c. l. can. 34.) בְּנֵי חַיִל (2. Sam. 2. 7) *filii roboris*, h. eſt robuſti, fortes. coll. 1. Reg. 1. 52. Deut. 3. 18: בֶּן־מָוֶת (1. Sam. 20. 31) & בֶּן־הַכּוֹת (Deut. 25. 2.) cum Infin. loco Nominis, *filius mortis* & *percuſſionis*, i. e. reus mortis, dignus percuſſione: בֶּן־שָׁמֶן (Jeſ. 5. 1) *filius olei*, i. e.

בֵּן

oleosus; בֶּן־שָׁנָה (Exod. 12.5) *filius anni*, h. e. anniculus: Gen. 17.1. Et fuit Abraham בֶּן־תִּשְׁעִים שָׁנָה וְתֵשַׁע שָׁנִים *filius nonaginta annorum, & novem annorum*, i. e. natus erat 99 annos; הַקִּיקָיוֹן שֶׁבֶן־לַיְלָה הָיָה וּבֶן־לַיְלָה אָבָד (Jon. 4.10) Ricinus — qui *filius noctis* fuit, & *filius noctis* periit, i. e. qui una nocte extitit, & una nocte periit; בֶּן־קֶשֶׁת l. אַשְׁפָּתוֹ (Job. 41.19 Thr. 3.13) *filius arcus* l. *pharetræ*, i. e. sagitta; בֶּן־גָּרְנִי (Esa 21.10) *filius areæ meæ*, i. e. frumentum, in area mea trituratum, & ventilatum. &c.

בַּעַל c) בעל שֵׂעָר (2. Reg. 1.8) *dominus pili*, i. e. pilosus: בַּעַל כָּנָף (Prov. 1.17) *dominus alæ*, i. e. alatus, ales. בַּעַל הַקְּרָנַיִם (Dan. 8.6) *dominus cornuum*, i. e. cornutus; בַּעַל הַחֲלֹמוֹת (Gen. 37.19) *dominus somniorum*, i. e. somniator: בַּעֲלֵי חִצִּים (Gen. 49. 23.) & אַנְשֵׁי בְקֶשֶׁת (1. Sam. 31.3) *domini sagittarum, viri in arcu*, i. e. sagittarii, in arte jaculatoria exercitati: בַּעַל דְּבָרִים (Ex. 24.14) *dominus causarum*, s. negotiorum, der Händel hat. &c.

בֵּית d) בֵּית הַסֹּהַר (Gen. 30.10) *domus carceris*, i. e. carcer. Sic בֵּית הָאֲסִירִים (Jud. 16.25) *domus vinctorum*, id. בֵּית מִשְׁמֶרֶת (2. Sam. 20.3.

20.3) *domus custodiæ*, id. בֵּית חַפְקֻדוֹת (Jer. 37.4) *domus coercitionis*, id. & (vs. 15. 18) בֵּית הַכֶּלֶא id. בֵּית עוֹלָמוֹ (Eccl. 512.) *domum seculi sui*, i. e. sepulcrum. Sic בֵּית מוֹעֵד (Job. 30. 23) *domum constitutionis*, id. &c. *accipitur pro quovis continente, vase, vel loco*, unde *usus* ejus, ut & prioris vocis, frequens pariter est apud *Rabbinos*, atque *Chaldæos*. Conf. modo Glass. l. c. can. 35. & 37.

§. 61. Substantivum אִישׁ *vir*, (atque אִשָּׁה *mulier*) appositum אָח *frater*, (אָחוֹת *soror*) רֵעַ *amicus*, עָמִית *proximus*, vel ipsi אִישׁ eleganter *sensu distributivo* redditur *Unus* vel *Alter*, & horum quodlibet *Alius* vel *Alter*, e.g. וַיִּפָּרְדוּ אִישׁ מֵעַל אָחִיו (Gen. 13. 11) & separarunt sese *vir* a *fratre* suo, i.e. *unus* s. *alter ab altero*: חֲמֵשׁ הַיְרִיעֹת תְּחֻבַּרְנָה אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ (Exod. 26. 3) quinque aulæa sint conjuncta *mulier ad sororem* suam, i. e. *unum ad alterum*. coll. v. 5. 6. & Ezech. 1. 9: וַיֹּאמֶר אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ (Gen. 11. 3) & dixerunt *vir* ad *amicum* suum, i. e. *unus ad alterum*, & ita porro vid Lev. 19. 11. 1. Reg. 20. 29. Conf. Dn. Danz. l. c. §. 32. p. 43. & 44. אִישׁ & אִשָּׁה *distributive.*

§. 62. *Casus obliqui* exprimuntur I. *Per certas particulas*, & quidem *Genitivus* (præter constructionem de qua §. 21. p. 33.) priori *Casus obliqui qui exprimantur?*

priori voce in ſtatu ſuo relicta vel poſt ſuffixum, *per notam* ל; *vel* שֶׁל, ut: וַיֵּשֶׁב מִקֶּדֶם לָעִיר (Jon. 4, 5) & conſedit verſus orientem *urbis iſtius*: הַמּוּתָה לַחֲסִידָיו (Pſ. 116. 15) mors *piorum ſuorum*; מִטָּתוֹ שֶׁל שְׁלֹמֹה (Cant. 4. 7) lectus (ejus) *Salomonis*, quod שֶׁל apud Rabbinos paſſim. *Dativus* communiter *per* ל (vid. pag. 36) *Accuſativus per* אֵת (pag. ead.) etſi interdum ſit *nota Nominativi* (conf. Neh. 9. 19. Dan. 9. 13. Hag. 2. 17) in primis *poſt Paſſivum* (conf. Gen. 15. 5. c. 21. 5. Num. 26. 55. Deut. 20. 8) *Ablativus per* מ vel ב (pag. 36. 37)

II. *Per Pronomia tam ſeparata quam Affixa*, ita ut quemcunque caſum illa præ ſe ferant, in eodem efferatur præcedens *caſus Rectus* ſignificatione eorum tunc omiſſa, ut: אִישׁ אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ (Eſt. 6. 7) vir, *qui Rex* delectetur *in* honore *ejus*, i. e. in cujus honore: אָנֹכִי בְּדֶרֶךְ נָחַנִי יְהוָה (Gen. 24. 27) *Ego* in hac via duxit *me* DOMINUS, i. e. me duxit: הָאָרֶץ אֲשֶׁר אַתָּה שֹׁכֵב עָלֶיהָ לְךָ אֶתְּנֶנָּה (Gen. 28. 13) *terra* iſta, *quæ tu* cubans es *ſuper eam*, tibi dabam *eam*, i. e. terram, ſuper quam cubas, tibi daba.

Comparativus. §. 63. *Comparativus effertur per* מִן *vel* מ (ad normam §. 44. p. 78) *præ, magis, quàm*, ut:

ut: וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם מִכֹּל חַיַּת הַשָּׂדֶה (Gen. 3. 1) & serpens erat *astutus præ* vel *astutior* omni bestia agri: טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד (Eccl. 4. 9) boni sunt duo *præ uno*, i. *magis quam* unus, i. e. duo *meliores* sunt uno. *Sic & cum Infinitivo*: טוֹב לַחֲסוֹת בַּיהוָה מִבְּטֹחַ בָּאָדָם (Ps. 118. 8) Bonum est confidere in Domino, *præ sperare* in homine, i. e. *melius* est, *quam*. coll. v. 9. *Rabbinis* usitata est particula יוֹתֵר *magis*, *amplius* sequente nihilominus מ, ceu occurrit Eccl. 12. 12.

Superlativus.

§. 64. *Superlativus per periphrasin effertur*

1. *per particulam* מְאֹד *valde*, ut: טוֹב מְאֹד bonum valde, i. e. optimum; *bis a. posita emphasin adauget*: טוֹבָה הָאָרֶץ מְאֹד מְאֹד (Num. 14. 7) bona est terra *valde valde*, i. e. perquam optima est.

2. *Per positivum* (α) *geminatum*, ut: רַע רַע (Prov. 20. 14) *malum malum*, i. e. pessimum: עָמֹק עָמֹק (Eccl. 7. 24) *profundum, profundum*, i. e. profundissimum. (β) *Sequente Præpos.* ב, ut: לִישׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה (Prov. 30. 30) Leo *fortis in bestiis*, i. e. fortissimus bestiarum: הַיָּפָה בַּנָּשִׁים (Cant. 1. 8) *pulcra in mulieribus*, i. e. pulcerrima mulierum. (γ) *Constructum*, ut: נִכְבְּדֵי אָרֶץ

Jes.

(Jes. 23, 8) *honorati terræ*, i. e. honoratissimi in terra: קְטֹן בָּנָיו (2. Chr. 21, 17) *parvus*, i. e. minimus, *filiorum* ejus.

3. *Per Substantivum seipsum regens*, ut: מִפְּנֵי רֹעַת מַעַלְלֵיכֶם (Hos. 10. 15) propter *malitiam malitiæ* vestræ, i. e. summam, extremam perversitatem שִׁיר הַשִּׁירִים (Cant. 1. 1) *canticum canticorum*, i. e. excellentissimum.

4. *Speciatim* huc referunt nonnulli (α) *Nomina Dei*, אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה, *epitheti loco addita*, quæ quidem excellentissimum „ aut maximum & vehementissimum „ *secundario & consequenter*, *primario a.* & „ *propriissime* causam efficientem insinua- „ re recte censet B. Glassius, cujus ἐπιχεί- „ σιν, simulque Lutheri perpende in can. „ 17. III. p. 422. seq. (β) בְּכוֹר *Primoge-* „ *nitus*, quod in S. S. in suo genere sum- „ mum & præstantissimum, ex præstan- „ tia juris primogenitorum denotet, id- „ que tam in bonam quam malam par- „ tem; nec minus (γ) חֵלֶב *adeps*, opti- „ mum cujusque rei, & sic utrimque tro- „ pice, de eo vid. laudatus Auctor l. c. „

De Ellipsi. §. 65. ELLIPSIS passim obvia est

1. Substantivi. 1. *Substantivi*, & quidem (α) τῆς אִישׁ, *sæpius*, *quando scil. abstractum ponitur pro con-*

concreto, ut: תּוֹעֵבָה יִבְחַר בָּכֶם (Jeſ. 41. 24) *abominatio eliget* vos, h. e. vir abominationis ſ. abominabilis, ubi diſcrepantia generis Fem. in Nom. & Maſc. in Verbo ellipſin arguit: רִשְׁעָה תְּסַלֵּף חַטָּאת (Prov. 13, 6) *Improbitas pervertit peccatum*, i. e. virum peccati ſ. peccatorem. (β) *Conjugati vel analogi*, ut: וַיִּחַר לְקַיִן מְאֹד (Gen. 4. 6) & *exarſit* (חָרוֹן ardor iræ) *Kaino valde*: וַתִּלְבַּשׁ אֶסְתֵּר מַלְכוּת (Eſth. 5, 1) & *induta fuit Eſther regno*, i. e. בִּלְבוּשֵׁי מַלְכוּת veſtimentis regni, ſ. regiis: כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה (Deut. 20. 19) *nam homo* (חַיֵּי vita hominis) *arbor agri* (eſt) h. e. ex fructibus arborum vita hominis ſuſtentatur, ideoque non ſunt perdendæ aut ſuccidendæ arbores. Buxt. l. c. cap. 4. p. m. 374. ſeqq. Glaſſ. l. c. can. 39. p. 487. ſeqq.

II. *Adjectivi*, & quidem (α) *diſtributivi* אֶחָד *unus* vel אַחַד *una*, ut: Quievit arca עַל־הָרֵי *ſuper montibus* Ararat, (Gen. 8. 4) h. e. uno montium: Sepultus eſt בְּעָרֵי *in urbibus Gilead* (Jud. 12. 7) i. e. בְּאַחַד אָרֵי in una aliqua urbium. B. l. c. Gl. l. c. can. 27. p. 444. (β) *Aliûs ſenſui commodi*, ut: מָצָא אִשָּׁה מָצָא טוֹב (Prov. 18. 22) qui *invenit uxorem*, invenit bonum, uxorem ſc. מַשְׂכֶּלֶת (intelligentem) uti cap. 19. 14. dici- (2) *Adjectivi.*

dicitur, ſ. טוֹבָה (bonam) ſic LXX ὃς εὗρε γυναῖκα ἀγαθήν. Qui n. ſtolidam & pravam invenit, ilias malorum invenit: בָּאִים בַּיָּמִים (Gen. 18. 11) *venerant in dies* ſcil. רַבִּים multos, i. e. vergentes ſ. provecti ætate erant; in qua phraſi Junius metaphoram inſinuari putat a ſole occumbente ad homines appropinquantes morti. conf. Gen. 24. 1. I. Reg. 1. 1. Ellipſin hanc ſupplet Luc. 2. 36. αὕτη προβεβηκυῖα ἐν ἡμέραις πολλαῖς, hæc proceſſerat in diebus multis:

Enallage

§. 66. *Enallage* etiam crebro occurrit

(1) *Generis.*

I. *Generis*, tam in Nom. quam Pronom. & Verbis dum *feminino* reſpondet *maſculinum*, ad notandum virilem & virtuoſum animum; aut maſculam proterviam (conf. Ruth. 1. v. 8. 9. 11. 13. 19. 22; Eſa. 3. 16. Jud. 21. 21) & contra *Maſculino femininum*, ad laſciviam muliebrem, animumque effeminatum deſignandum (Ez. 33. 26) vel ſimpliciter *diſcrepantia generis ratione ſenſus concilianda*, unde Latinis ſpeciatim dicitur figura *Syntheſis*, ſ. rectius *Syneſis*, Exempla luſtrentur apud Buxt. l. c. cap. 2. p. 353. ſeq. & cap. 8. p. 413. ſeqq. & cap. 10. p. 437. ſeqq. nec non ap. Gl. l. c. can. 17. p. 526. & Tr. III. can. 55. p. 665.

(2) *Numeri.*

II. *Numeri* dum *Subſtant: dominium* ſignifi-

can-

cantia, np. בַּעַל & אָדוֹן ex *genio Linguæ S. numero plurali efferuntur*; (id quod *honoris & dignitatis* ergo fieri quidam volunt) *sequente* sæpe *Adjectivo* vel *verbo singulari*; ut: יָדַע חֲמוֹר אֲבוּס בְּעָלָיו (Esa. 1. 3) cognovit asinus præsepe *Dominorum suorum*, i. e. Domini sui: תַּחַת יֶרֶךְ אַבְרָהָם אֲדֹנָיו (Gen. 24. 9.) sub femore Abrahami *Dominorum suorum*, i. e. Domini sui. conf. Gen. 40. 1. c. 42. 30. 1. Reg. 16. 24; בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה (Jes. 19. 4) in manum *Dominorum* (i. e. Domini) *duri*: אִם אֲדֹנָיו יִתֶּן־לוֹ אִשָּׁה (Ex. 21. 4) si *Domini* (Dominus) ejus *dederit* ei uxorem. coll. v. 6. & 29. Præter hæc *Enallage Numeri est quoque in aliis*, conf. Ps. 78. 15. 119. 137. Gen. 47. 13.

†. Sed vocem אֱלֹהִים, quam Rabbini, eorumque asseclæ huic Idiotismo immixtam cupiunt, plus habere in recessu, & *pluralitatem* simul *Personarum* insinuare, cum Glassio (l. c. Can. 25. p. 441.) plures Theologi, Philologique fideliter adstruunt. Conf. §.

§. 67. *Pleonasmus* sæpe non inelegans videtur (1) *quorundam Nominum*, in Regimine, videlicet: פָּנִים *facies*, פֶּה *Os*, *oris*, שֵׁם *nomen*, יָד *manus*, דָּבָר *res*, *verbum*, תָּוֶךְ & קֶרֶב *medium* (quibus nonnunquam æquipollet vox לֵב *cor*, Prov. 30. 19. Ezech. Pleonasmus

Ezech. 27. 4; nec Phrasis *in medio* præcise ipsum Medium æqualiter ab extremis distans significat, sed idem valet ac *in*, *inter*) קוֹל *vox*, יָמִים *dies* (ante vocem *Annus*; at *post eam*, vel vocem *Mensis* tempus completum infert, vid. Gen. 41. 1. 2. Sam. 13. 23. c. 14. 28. Jer. 28. 3. 11; Gen. 29. 14.) conf. de his, si lubet, Gl. l. c. can. 38. p. 481. seqq. & Danz. in Interpr. §. 29. & 30. p. 37. seqq.

(2) Vocis שָׁנָה *annus* in Numeralibus, ut: שֵׁשׁ שָׁנִים וּמֵאת שָׁנָה quinque *annos* & centum *annos* Gen. 5. 6. &c.

MEMBRUM II.

DE

Syntaxi Pronominis.

Reciproca. §. 68. Vis Pronominum *Reciprocorum* (*Egomet*, *Ego ipse*, *Tute*, *Ipsemet* &c.) exprimitur (præter Conjug. *Hithpaël*, quæ est *reciproca*) vel circumscribitur *per nomina* (α) נֶפֶשׁ *anima* (de persona) ut: תָּמוּת נַפְשִׁי (Num. 23. 10. Jud. 16. 30) moriatur *anima* mea, i. e. *ego ipse*. (β) per עֶצֶם *Substantia* (de rebus) ut: בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה (Gen. 7. 13. c. 17. 23. & 26. Ez. 40. 1.) in *Substantia* diei istius, i. e. *illo ipso die*. *Rabbini* quoque עֶצֶם *ad Personas* transferunt, conf. Dn. Danz. l. c. §. 45. p. 56. 57. & Buxt. in Lex. (γ) *Non-*

Nonnunquam per רֹאשׁ *caput*, ut palam est ex Ps. 3. 4. וּמֵרִים רֹאשִׁי & exaltans *caput* meum, i. e. *me ipsum*, coll. Ps. 27. 6. Ita ex Gen. 40. 13. יִשָּׂא פַרְעֹה אֶת־רֹאשֶׁךָ elevabit Pharao *caput* tuum, i. e. *temet*. Huc pariter referri potest locus Esa. 51. 11. וְשִׂמְחַת עוֹלָם עַל־רֹאשָׁם & lætitia sempiterna *super caput eorum*, i. e. *super illos ipsos*.

§. 69. *Demonstrativi repetitio distributionem indicat*, ut: כֹּה וְכֹה עָשָׂה לִי (Jud. 18. 4.) *secundum hanc & secundum hunc* fecit mihi, sc. rationem & modum: Addam tibi כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה (2. Sam. 12. 8) *secundum hæc & secundum hæc*, i. e. hæc & alia: alia atq; alia: אֶל הָעָם כָּהֵם וְכָהֵם (2. Sam. 24. 3.) *ad populum sicut ipsi & sicut ipsi*, i. e. ad populum & hunc & illum, Judaicum scil. & Israëliticum. *Demonstrativi repetitio.*

† זֶה aliquando *indefinite* poni videtur, ut: 1. Sam. 17. 12. Et David filius viri Euphratei הַזֶּה *cujusdam*: 1. Reg. 19. 5. Et ecce זֶה *quidam* Angelus.

§. 70. *Demonstrativa aliquando* (duce sensu & scopo) *respiciunt* *Relativa*

I. *Remotiora*, ut: Gen. 10. 12. *Et Resen inter Niniven & inter Celach*, הוּא ILLA *est civitas magna*, ubi ILLA respicit ad (1) *ad remotius*

Ninivem tq. remotius, ut probat Jon. Cap. 3. & 4.

(2) *ad consequens.*

II. *Ad consequens in textu*, ut: עַד־עֵת בֹּא־ דְבָרוֹ (Pſ. 105. 19) *usque ad tempus adventus verbi* EJUS, ſc. Dei, cujus mentio ſtatim ſequitur. Gl. l. c. can. 10, 11. p. 513. & 517.

Enallage Numeri.

§. 71. *Per Enallagen Numeri Subſtantivo plurali, vel pluribus, reſpondet pronomen Singulare, quo diſtributio utplurimum notatur*, v. g. וַתִּקַּח הָאִשָּׁה אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ (Joſ. 2. 4) *& ſuſcepit mulier illa duos viros ipſos & abſcondit* IPSUM, i. e. unumquemq; eorum, vel utrumq;: Gen. 2. 19. *omnem beſtiam agri, & omnem volucrem cœli adduxit ad Adamum, ut videret, quod nomen inderet* לוֹ IPSI, h. e. unicuique & beſtiis & volucribus.

† Datur & hic *Enallage Generis*, de qua conf. §. 54.

Ellipſis (1) Demonſtrativi.

§. 72. *Ellipſis* (1) *Demonſtrativi* ILLE, *quod Relativum* אֲשֶׁר *cum particula non raro includit*, ut: Gen. 44. 1. *Et præcepit* אֵת־אֲשֶׁר (illi) *qui præerat domui ſuæ.* Sic v. 4. *Et dixit* לַאֲשֶׁר (illi) *qui præerat. Ita & abſolute absque* אֲשֶׁר, ut: Gen. 9. 3. *Omne reptile vivum vobis ad comedendum eſto: ut viridem herbam* (illis) *ſic illa omnia*

dedi

dedi vobis. Ubi ſubintelligendum eſſe demonſtrativum patet ex cap. 1. 29. Per *Reptile* a. h. l. Synecdochice omne animantium genus intelligitur. Exod. 13. 8. *Propter hoc fecit Jehova mihi* (iſta).

(2) *Relativi* שׁ vel אֲשֶׁר *qui, quæ, quod, frequenter*, ut: וְזֶה אֹהֲבוּתִי (Job. 19. 19) & iſti (quos) dilexi, averſantur me. וְכֹל־יֶשׁ־לוֹ (Gen. 39. 4) *& omne erat ſibi, tradidit in manum ejus:* pro כֹּל־אֲשֶׁר־יֶשׁ לוֹ *omne, quod erat ſibi*, ut v. 5. habetur: Prov. 14. 7. *Abi a conſpectu viri ſtolidi,* וּבַל יָדַעְתָּ *& non noſti labia ſcientiæ*, h. e. וּבַאֲשֶׁר בַּל *& in quo* non noſti &c. ſeu, *quem* noſti non eſſe præditum verbis ſcientiæ. Eſa. 6. 6. *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus pruna*, (quam) *forcipe cepit de altari.* (2) *Relativi.*

(3) *Antecedentis & Relativi ſimul*, ut: אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ *ad præparavi ei* (1. Chr. 15. 12) pro אֶל־מָקוֹם אֲשֶׁר *ad locum, quem* &c. uti dicitur vſ. 3. & Exod. 23. 20: וְאַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הֹלְכוּ (Jerem. 2. 8) *& poſt non* (אֱלִילִים שֶׁלֹּא idola quæ non) *proſunt, ambulant:* & vſ. 11. בְּלֹא יוֹעִיל *in* (idolum quod) *non prodeſt.* Buxt. l. c. c. 8. p. 408. ſeq. Gl. l. c. can. 21. 22. 23. p. 529. ſeqq. (3) *Antecedentis & Relativi.*

§. 73. PLEONASMUS elegans eſt *Pleonaſmus.*

(1) *Pronominis Dativi casus*, ut: מְפַלְּתִי לִי (Ps. 144. 2) liberator meus *mihi*: לֶךְ־לְךָ (Gen. 12. 1. c. 22. 2) ito *tibi* coll. Cant. 2. 10. שְׁבוּ־לָכֶם פֹּה (Gen. 22. 5) sedete *vobis* hic, coll. c. 21. 16. אֵלֵךְ לִי (cant. 4. 8.) ibo *mihi*: וְנָס לוֹ (Jes. 31. 8) & fugiet *sibi*. &c. cujusmodi Dativum Flacius P. II. Clav. explicat *per commodum, gratiam, aut damnum alicujus*, id quod in uno alterove locum habere posse, cum B. Gl. (l. c. can. 6. p. 510.) non equidem diffitemur, apertius tamen fatentes, eum uti aliis linguis, ita Ebrææ proprium familiaremque esse. Conf. præter Gl. l c. Buxt. l. c. p. 456.

(2) *Demonstrativi* זֶה *hic, iste, Numeralibus*; item *vocibus* מָה, *quid*, לָמָּה *quare*, & עַתָּה *nunc* additi, ubi tn. commode redditur, *jam, modo, tandem*. B. l. c. p. 394. Gl. l. c. Danz. in Interpr. §. 44. III. p. 55.

(3) *Affixi & Integri cum eleganti emphasi*, ut: גַּם אֹתוֹ הַכֻּהוּ (2. Reg. 9. 27) etiam *illum* percutite *illum*: אָבַד זִכְרָם הֵמָּה (Ps. 9. 7) periit memoria *ipsorum, ipsi* q. d. etiam ipsi in solidum perierunt, vel per Ellipsin præpos. *cum ipsis*. Sic: בָּרְכֵנִי גַם־אָנִי (Gen. 27. 34) benedic *mihi*, etiam (ego) *mihi*, qui sum tuus primogenitus: יִשְׂמַח לִבִּי גַם־אָנִי (Prov. 23. 15) lætabitur cor *meum*, etiam *ego*. q. d. Ego, inquam, totus lætabor. B. l. c. p. 413. Gl. l. c. can. 36. p. 537.

(4)

(4) *Pronominis* (ſ. ſeparati p. 36. ſ. Affixi p. 40) *poſt* Relativum אֲשֶׁר *caſus ejus obliquos frequentiſſime referentis*, ut: אֲשֶׁר זַרְעוֹ בוֹ (Gen. 1. 11) quo (ſit) ſemen *ſuum in eo*, i. e. *in quo*: אֲשֶׁר אָמַרְתָּ עִמָּם (2. Sam. 6. 22) *quibus* locuta es *cum eis*, h. e. *cum quibus*: כְּמֹץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ (Pſ. 1. 4) ſicut gluma, *quam* diſpellit *eam*, conf. ſ. 62. אֲשֶׁר *quoad caſus obliquos.*

Notatis (α) *Pro poſteriori* pronomine uſurpari *adverbium* שָׁם, *ibi*, *illic*, cum *de loco* ſermo eſt, v. g. Totam regionem Chavila אֲשֶׁר שָׁם הַזָּהָב (Gen. 2. 11.) *qua illic* aurum, pro אֲשֶׁר בָּהּ *qua in ea*, i. e. *in qua*, ſ. *ubi*: Ad colendum terram אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם (c. 3. 23) *qua* ſumtus erat *inde*, pro אֲשֶׁר לֻקַּח מִמֶּנָּה *qua* ſumtus fuerat *ex ea*, i. e. *ex qua* ſ. *unde*.

(β) *Relativi* אֲשֶׁר hic contingere non raro *Ellipſin*, v. c. Exod. 18. 20. הוֹדַעְתָּ לָהֶם אֶת־הַדֶּרֶךְ (אֲשֶׁר) יֵלְכוּ בָהּ Notam facies illis viam (*qua*) ibunt *in ea*, *in qua*: Job. 3. 3. יֹאבַד יוֹם (אֲשֶׁר) אִוָּלֵד בּוֹ (utinam) periiſſet dies (*quo*) naſciturus eram *in eo*, pro *in quo*.

MEMBR. III.
DE
Syntaxi Verbi.

§. 74. Verbum *actum completum* ſignifi- *Verba completiva.*

cans, accipiendum quandoque *inchoativè*, v.g. 1. Reg. 6. 1. Et fuit quadragintesimo octogesimo anno — וַיִּבֶן & *ædificavit* (Salomo) domum Jehovæ, h.e. *ædificare cœpit*. Ita 2. Chr. 13. 1. exponitur: וַיָּחֶל לִבְנוֹת & *cœpit ædificare*. 2. Sam. 2. 10. 40 annos natus erat Iſchboſchet — בְּמָלְכוֹ quum *regnaret*, i.e. *regnare inciperet*. *Sic Jæpe in libris Regum & Chronicorum.* Gl. l. c. Tr. III. can. 3. p. 546. 547. & 548.

Verba Activa ſ. Effectiva.

§. 75. Verba *actionem ſ. effectum* notantia ſæpe numero exponi poſtulant

(α) *de facultate ſ. poteſtate*, v.g. אֲסַפֵּר כָּל־ עַצְמוֹתָי (Pſ. 22. 18) *numerabo* omnia oſſa h.e. *numerare* POSSEM.

(β) *de Jure & debito*, v.g. מַעֲשִׂים אֲשֶׁר לֹא־יֵעָשׂוּ עָשִׂיתָ עִמָּדִי (Gen. 20. 9.) Opera, quæ *non fient*, feciſti mecum h.e. quæ *non fieri* DEBENT. coll. Lev. 4. 2. 13. 22. 27.

(γ) *de Conatu* v.g. וַיַּצִּלֵהוּ מִיָּדָם (Gen. 37. 21) & *eripuit* cum (Ruben) ex manu eorum, h.e. *eripere* CONATUS eſt, ut v. 22. exponitur.

(δ) *de Conſuetudine* v.g. Gen. 29. 26. Et dixit Laban: לֹא־יֵעָשֶׂה כֵן בִּמְקוֹמֵנוּ *non fiet ſic* in loco noſtro h.e. *non* SOLET *ita fieri*.

(ε) *de Permiſſione*, uti præter alia quoque *verbum* נָתַן, ut: עַל־כֵּן לֹא־נְתַתִּיךָ *non dedi* ti-

di tibi, ut attingeres eam, (Gen. 10. 6.) i. e. *non permisi* &c. *nec minus verbum* חָדַל *in Piel & Hiphil*, quod ibi sæpe adhibetur de iis qui alios vivere sinunt, quum internecioni dare & poterant, & destinarant, da man einem das Leben schencket / unde *per conservare vitam alicujus* recte vertitur, vid. Ex. 1. 17. Deut. 20. 16. Jos. 2. 13. c. 9. 15. 20. 21. &c. Gl. l. c. can. 5. seqq. Danz. l. c. §. 96. p. 104.

§. 76. Verbum *Potestatis* non raro *pro licito, jure & honesto* accipitur. v. c. לֹא יוּכְלוּן הַמִּצְרִים לֶאֱכֹל אֶת־הָעִבְרִים לֶחֶם (Gen. 43. 32) *Non possunt* (*sc. licite & per consuetudinem*) Ægyptii comedere cum Ebræis panem, causa additur, *quia abominatio id Ægyptiis*: לֹא תוּכַל לִזְבֹּחַ אֶת־הַפֶּסַח בְּאַחַת שְׁעָרֶיךָ (Deut. 16. 5.) *Non poteris* (*sc. jure & legitime*) mactare pascha intra aliquam portarum tuarum. Gl. l. c. can. 12. p. 564. Danz. l. c. §. 97. p. 105. *Potestatis.*

§. 77. Verba, quæ *fieri*, *esse*, vel *agere* significant, sæpe *essentiæ aut actus notificationem & prænunciationem* denotant, ut: הַשְׁמֵן לֵב־הָעָם הַזֶּה וְאָזְנָיו הַכְבֵּד וְעֵינָיו הָשַׁע (Esa. 6. 10) *fac obesum* cor populi istius, & aures ejus *aggrava*, & oculos ejus *illinito*, Jonathan: עַמֵּם *obscurato*. i. e. *vaticinare fore*, ut cor eorum sit obesum &c. *Fieri, Esse, Agere.*

Jer. 4. 10. Et dicam, ah Domine Deus, profecto הַשֵּׁא הִשֵּׁאתָ לָעָם הַזֶּה *seducendo seduxisti* populum hunc &c. i. e. *ostendisti, declarasti* (inflictis sc. pœnis) populum hunc esse omnino seductum. Bene Lutherus: Ach HErr HErr / du hasts diesem Volck und Jerusalem weit fehlen lassen. Gl. l. c. can. 15. p. 569. 570.

De Infinitivo. §. 78. *Verbum finitum regit aliud in Infinitivo* vel *nude*, vel *præfigendo ei* ל, ut: וְלֹא־אָבוּא שְׁמוֹעַ (Jes. 28. 12) & *noluerunt audire* מִי יוּכַל לַעֲמוֹד לִפְנֵי וְהוָה (1. Sam. 6. 20) Quis *poterit stare* coram Domino.

† ל *etiam*, & ב, כ, מ *exprimunt Gerundia & Supina Latinorum.*

Not: I. In hac structura *quædam Verba*, cumprimis יָסַף [a] *addidit*, שׁוּב [b] *redire*, הֵיטִיב [c] *benefecit*, מִהֵר [d] *festinavit*, הִשְׁכִּים [e] *matutinavit*, & הִבְדִּיל [f] *magnificavit*, *elegantissime adverbiascunt*, e. c. [a] וַתּוֹסֶף לָלֶדֶת (Gen. 4. 2) & *addidit parere*, i. e. *iterum, amplius, ulterius peperit* &c. [b] לֹא־תָשׁוּב לָלֶכֶת (1. Reg. 13. 17) *non redibis ire* i. e. non *denuo, iterum ibis* &c. [c] הֵיטִיבוּ נַגֵּן (Ps. 33. 3.) *benefacite pulsare* i. e. *optime pulsate*. coll. 1. Sam. 16. 17: Sic הֵיטַבְתָּ לִרְאוֹת (Jer. 1. 12.) *benefecisti videre* i. e. *bene vides*, vid. etiam Prov. 30. 29: [d] מַדּוּעַ מִהַרְתֶּם בֹּאהַיּוֹם (Exod. 2. 18)

2. 18) quare *acceleraſtis venire* i. e. *accelerauter veniſtis* hodie? e שְׁוּא לָכֶם מַשְׁכִּימֵי קוּם מְאַחֲרֵי־שָׁבֶת (Pſ. 127. 2) fruſtra (eſt) vobis *matutinantibus ſurgere*, & *tardantibus ſedere* i. e. *mane ſurgentibus, tarde ſedentibus*. conf. p. 93. (2) f הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת (Joel. 2. 20. 21. Pſ. 126. 2. 3) *magnificavit* Dominus *facere* i. e. *magnifice* Dominus *fecit*. Huc refer: הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת (Pſ. 113. 5) qui *exaltat* (cum ל parag.) *habitando* h. e. qui *altiſſime habitat*. Sic v. 6. הַמַּשְׁפִּילִי לִרְאוֹת & qui *ſe demittit videndo* i. e. *demiſſiſſime videt*. Et acceſſit Philiſtæus ille הַשְׁכֵּם וְהַעֲרֵב (1. Sam. 17. 16) *matutinando & veſperaſcendo* i. e. *mane & veſperi*.

2. *Infinitivus ſæpe reſolvitur in tempus finitum, idque vel intercedente copula* ו *vel absque ea*; ubi tamen & *adverbialis expoſitio* ſæpe locum obtinet, ut: וַיָּחֶל נֹחַ — וַיִּטַּע כָּרֶם (Gen. 9. 20) & *cœpit* Noah — *& plantavit* vineam, i. e. *cœpit plantare*: הָחֵל רָשׁ (Deut. 2. 31.) *incipe, poſſide*, i. e. *incipe poſſidere*: הוֹאֵל וּבָרֵךְ (2. Sam. 7. 29) *velis & benedic*, pro *velis ſ. placeat tibi benedicere*, vid. 2. Reg. 5. 23: Quomodo אוּכַל וְרָאִיתִי (Eſth. 8. 6.) *potero & aſpiciam*, pro *potero aſpicere*. Sic *adverbialiter*: הֶחֱרָה הֶחָזִק (Neh. 3. 20.) *accendit* (ſe ſ. animum ſuum) *inſtauravit*, h. e.

h.e. *ardenter ſ. flagrante animo inſtauravit:* חַשְׁפִּילוּ שֵׁבוּ (Jer.13.18) *demittite vos, ſedete* h. e. *demiſſiſſime ſedete:* הֶעֱמִיקוּ שִׁחֵתוּ (Hoſ.9.9) *Profundunt, corrumpunt* i. e. *profundiſſime corrumpunt:* פָּגַעְתָּ אֶת־שָׁשׂ וְעֹשֶׂה צֶדֶק (Jeſ. 64.4) occurris *gaudenti & facienti* juſtitiam h.e. *lætanter & libenter juſtitiam facienti.* Atque ita plurimum יָסַף, שׁוּב, & מִהֵר quemadmodum in nota I. *De iſto* vid. Gen. 25.1; *de illo* Gen. 26.18. c.30.31. 1. Reg.19.6. Pſ.78.41. Jer.36.28. Jeſ.6.13; *de hoc* Gen.24.18.20. 1.Sam.4.14. Pſ. 102.3. Pſ.106.13.

Reduplicatio verbi.

§.79. *Infinitivus cum verbo ſuo finito conſtructus ſuavitatem & elegantiam Linguæ Ebrææ ſapit, quamvis tum ſæpius majorem certitudinem evidentiamve rei inſinuet; & poſtpoſitus, præcipuè cum alio inſuper conſtructus, continuationem dicat,* ut: אָכֹל תֹּאכֵל (Gen.2.16) *comedendo comedes*, h. e. *prorſus ſ. libere comedes:* מוֹת תָּמוּת (v. 17.) *moriendo morieris*, h. e. *omnino, certiſſime morieris:* טָרֹף טֹרַף (Gen. 37.33) *diſcerpendo diſcerptus eſt* (Joſeph) h. e. *omnino, vel crudeliter diſcerptus eſt* &c. *Particula a. negativa fortiorem negationem infert,* ut: לֹא מוֹת תְּמֻתוּן (Gen.3.4.) *non moriendo moriemini*, h. e. *plane non, nullo modo, moriemini:* אָח לֹא פָדֹה יִפְדֶּה אִישׁ (Pſ.49.8) fratrem *non redimendo redimet* quis-

quisquam i. e. *nullo modo redimere poterit.* Ita *ex Hoph. & Niph.* וְהִפָּדֹה לֹא נִפְדֶּתָה (Lev. 19. 20) & *redimendo non redemta* est, i. e. *omnino non redimitur*, vid. Dan. 10. 3; וַיָּשֻׁבוּ & *recesserunt* aquæ a terra הָלוֹךְ וָשׁוֹב *eundo & recedendo* i. e. *continue, indesinenter.* Et emisit corvum וַיֵּצֵא יָצוֹא וָשׁוֹב (v. 7) *& exibat exeundo & revertendo*, h. e. *indesinenter ibat & redibat*, s. *ultro citroque volitabat* (circa arcam) וַיִּסַּע אַבְרָם הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ (Gen. 12. 9.) Et *profectus est* Abram *eundo & proficiscendo*, i. e. *continue, magis magisque, pergendo.* *Pro altero Infinitivo* aliquando ponitur *Nomen* vel *Participium*, ut: Jud. 4. 12. וַתֵּלֶךְ הָלוֹךְ *ivit* manus filiorum Israelis וְקָשָׁה *eundo & dura* (ubi tn. quidam *Infin.* הֱיוֹת essendo commode ad nomen illud subaudiunt) i. e. *perrexit magis ac magis durior esse:* וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְגָדֵל (Gen. 26. 13) & *& ibat eundo & crescens*, i. e. *progrediebatur continue crescendo*, vid. 1. Sam. 17. 4.

Obs. Verbum הָלַךְ *ivit* etiam extra Infinitivi consecutionem scite non solum notat *continuationem*, sed & *gradationem actionis vel qualitatis*, ut: Esth. 9. 4. Et Mardechai הוֹלֵךְ וְגָדוֹל *ibat & magnus*, i. e. *magis magisque fiebat major.* vid. 1. Sam. 2. 26: כִּי הַיָּם הוֹלֵךְ וְסוֹעֵר (Jon. 1, 11.) nam mare

iens

iens & procelloſum exiſtens, i. e. *magis ac magis reddebatur turbulentius.*

Rectio caſuum diverſorum.

§. 80. Multa verba regunt *caſus* a ſyntaxi Latina & Communi *diverſos*, mediantibus etiam certis *particulis* ſ. *præpoſitionibus*, quæ vero ut ex ipſo uſu & Lexico quam multis regulis (a Buxt. l. c. can. 11. 12. & 13. propoſitis) obſerventur, ſatius faciliusve ducimus, exempli ſaltim loco producentes I. verbum הָיָה *ſum, fio*, quod *poſteriori Nomini ſæpe & ſcite præponit præpoſitionem* ל, (exponendam, *loco, vice, pro*) ut: וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד (Gen. 2. 24) *eruntque in carnem unam*, h. e. caro una. coll. c. 20. 12. Ruth. 4. 13. Iſtum Ebraiſmum & Græci ſervarunt; & inde Chriſtus Matth. 19. 5. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, & mox v. 6. explicatius effert: ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία: הָיָה לִי לְצוּר מָעוֹז לְבֵית מְצוּדוֹת (Pſ. 31. 3.) *Eſto mihi in petram roboris, in domum munitionum* i. e. petra robuſta locus munitiſſimus, vid. §. 57. וַיְהִי־לָהּ לְבֵן (Exod. 2. 10) *fuitque ei in filium* h. e. loco filii. vid. Ex. 4. 16. Num. 10, 31. וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה (Gen. 2. 7) *& factus eſt homo in animam viventem* i. e. anima vivens. vid. Ex. 4. 4.

Verbum Nominandi.

II. Verbum *Nominandi* itidem *cum* לְ *ut nota Dativi* frequentiſſime *conſtruitur*, qui per alterum *Nominativum* verten-

tendus, v.g. לְזֹאת יִקְרָא אִשָּׁה (Gen.2.23) *huic* i.e. *hæc vocabitur virago*: יִקָּרֵא לָךְ עִיר הַצֶּדֶק (Jeſ.1.26) *vocabitur tibi* i.e. *vocaberis tu* urbs juſtitiæ ſ. (vi §.57) juſta. Sic Jeſ. 32.5. c.35.8. c.62.4.

§. 81. Quoad ENALLAGEN notes: *Enallage Modorum.*

I. *Infinitivus pro quolibet Tempore & Modo, proque Nomine uſurpatur.* Exempla hic affatim loquentur. Conf. Glaſſ. l.c. can.44. p.636. ſeqq.

II. *Imperativus* quandoque *pro futuro*; quandoque *pro Conjunctivo, per Conjunctionem ſi* vel *quamvis explicandus* ut: זֹאת עֲשׂוּ וִחְיוּ (Gen. 42.18) *hoc facite & vivite*, i.e. tunc vivetis. Sic Prov.44. Jer.27.17; Pſ.4.5. רִגְזוּ *commovemini, & ne peccetis*, i.e. *ſi* commoveamini (ira). Neh.3.15. *Devorabit te ut melolontha*, (ſcarabæi ſpecies) הִתְכַּבֵּד כַּיֶּלֶק הִתְכַּבְּדִי כָּאַרְבֶּה *gravem, numeroſam effice te ut melolontha, numeroſam effice te ut locuſta*, h.e. *etiamſi* numeroſam te efficeres.

III. *Participium Præſens* ſ. *Benoni* communiter & concinne *pro Præſenti* (quippe quod jam adſignificat) adhibetur; quanquam & *pro imperfecto*, ut: Eccl. 4.5. ſtultus חֹבֵק *complicans* manus ſuas, וְאֹכֵל & *conſumens* carnem ſuam, i.e. *complicat, conſumit*; Gen. 42.23. Et ipſi ne-

neſciebant, כִּי שֹׁמֵעַ *quod intelligens* (חַיָּה *eſſet*) Joſeph. h. e. quod *intelligeret*. *Perſonarum a. diſerimen Pronomine perſonali exprimitur*, v.g. אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת (Gen. 25.32) *ego vadens* i.e. *vado* ad moriendum: Ex. 2.14. An ad occidendum me אַתָּה אֹמֵר *tu loquens*, i. e. *loqueris* ſ. an cogitas me occidere?

Perſonarum, & Temporum. IV. *Perſonarum ac maxime Temporum frequens inter ſe datur permutatio*, uti in ipſa praxi pateſcet, videſis Gl. l. c. a. can. 46. uſque ad 51.

Numeri. V. *Verbum ſingulare nomini plurali junctum diſtributionem notat*, ut: Gen. 35.26. *Hi filii Jacobi* אֲשֶׁר יֻלַּד לוֹ *qui editus eſt ei*, i.e. quorum quilibet ei editus eſt: Ex. 17. 12. וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה *& fuit utraque manus ejus firma*: Num. 32. 15. וַיֹּאמֶר בְּנֵי גָד *& dixit filii Gad*, i. e. quisque eorum coll. 1. Sam. 16. 4. Job. 12. 7. שְׁאַל־נָא בְהֵמוֹת וְתֹרֶךָּ *interroga quæſo beſtias & docebit te* quælibet earum. &c. *Sic Participium*, uti ex Pſ. 87. 3. Prov. 3. 18. patet.

De *Enallage generis* conf. §. 66.

Ellipſis. §. 82. ELLIPSIS *eſt* (α) *verbi* SUM *quam frequentiſſima*; vel *ſuppletur per pronomen perſonale*, ut: כִּי עֵירֹם אָנֹכִי (Gen. 3. 10) quia nudus *ego* i. e. *ſum*, & (v. 7.) כִּי עֵרֻמִּים הֵם quia

quia nudi *illi* i. e. *erant.* (β) *Verbi ad alterum facile ex ſenſu ſubaudiendi*, ſeu ut alii: *Brevitatis gratia unum verbum pro duobus ponitur*, ut: Ex. 18. 12. וַיִּקַּח & *accepit Jithro holocauſtum & victimas Deo*, ubi ſubintelligitur נִשְׂא, & acceptum obtulit, ſic cap. 25. 2. c. 27. 20 &c. Exod. 23. 18. לֹא תִזְבַּח *non mactabis* (mactando fundes) *ſanguinem ſacrificii mei cum fermentato.* Sic c. 34. 25: 2. Chr. 32. 1. *Et cogitavit* לִבְקָעָם אֲלֵיהֶן *diſcindere eas ad ſe* i. e. diſcindendo eas ad ſe trahere. Pſ. 118. 5. עָנָנִי *Exaudivit* (exaudiens collocavit) *me in lato.* Pſ. 55. 19. פָּדָה *Redemit* (collocans) *in pace animam meam.* Pſ. 68. 19. לָקַחְתָּ מַתָּנוֹת בָּאָדָם *accepiſti* (accipiens diſtribuiſti) *dona inter homines.* Conf. Eph. 4. 8: Pſ. 98. 40. חִלַּלְתָּ *profanaſti* (dejiciens) *in terram coronam ejus.* Jer. 41. 7. רִשְׁחָטָם & *jugulavit eos* (jugulatos projecit) *in medium foveæ*, ut liquet ex v. 9. vid. Glaſſ. l. c. can. 2. (γ) *Finiti ad nomen commode ſupplendi*, ut: 2. Sam. 18. 12. *obſervate* מִי בַּנַּעַר *quis in puerum, in Abſolomum*, ſcil. mittat manum. 2. Sam. 23. 17. *An ſanguinem iſtorum hominum?* ſcil. אֶשְׁתֶּה biberem, quæ vox 1. Chr. 11. 19. ſuppletur. 1. Reg. 11. 25. *Præter malum illud* אֲשֶׁר הֲדַד *quod Hadad* ſc. inferebat, Chald. דַּעֲבַד quod fecerat.

cerat. Cui loco Schindlerus addit: *Sæpissime in Psalmis, Proverbiis, & Jobo, & apud Arabes fere semper* אֲשֶׁר *ponitur subintellecto verbo.* Ps. 120. 7. *Ego pacem* (diligo) *at cum loquor, illi ad bellum* sc. prorumpunt. (δ) *Infinitivi*, ut: Gen. 9. 20. *Et cœpit Noah* (sc. לִהְיוֹת esse) *vir terræ*, quæ ellipsis c. 10. 8. suppletur. *Post* יָכֹל *potuit*: Jes. 1. 13. לֹא־אוּכַל אָוֶן *non possum iniquitatem* sc. לָשֵׂאת, ferre, uti suppletur Jer. 44. 22. conf. Ps. 101. 5. &c. *Sic* ad verbum מִלֵּא *implevit*, sequ. præpos. אַחֲרַי *post*, subauditur לָכֶת *ire*, ut: Num. 14. 24. *At servus meus Caleb, quia fuit Spiritus alius cum eo,* וַיְמַלֵּא אַחֲרָי *& implevit* (לָכֶת *ire*) *post me*, h. e. (ductu §. 78. n. 1.) *plene* secutus est me. Ita c. 32. 11. 12. Deut. 1. 36. Jos. 14. 8. 1. Reg. 11. 6. *Similiter cum ellipsi* תֵּת *dare.* 1. Sam. 18. 27. וַיְמַלְאוּם *& impleverunt ea Regi* sc. *dare*, h. e. *plene* dederunt ea (præputia) Regi.

MEMBRUM IV.

DE

Syntaxi Particularum.

Particulæ Negativæ.

§. 83. Syntaxin *Particularum Negativarum* אֵין, אַל, בַּל, בְּלִתִּי, לֹא, פֶּן præ ceteris distincte nosse haut parum interest, & quidem

אֵין 1. אֵין (*Non est*) *tantum cum Participio & Nomi-*

Nomine conſtruitur, ac negare dicitur de „ tota aliqua ſpecie, qua ratione *a* לֹא *diſtin-* „ *guitur*, quod cum Participiis conſtructum de „ certo aliquo atque individuo negat, ut: „ תֶּבֶן אֵין נִתָּן לַעֲבָדֶיךָ (Ex. 5. 16) ſtramen *non eſt* datum ſervis tuis, h. e. *nullum plane*: וְאֵין רֹאֶה וְאֵין יוֹדֵעַ וְאֵין מֵקִיץ (1. Sam. 26. 12) & *non erat* videns, nec advertens, nec evigilans h. e. *non fuit ullus*, qui videret, *neque quisquam*, qui adverteret, & ex ſomno profundo evigilaret: וְלֹחֵנָה אֵין יְלָדִים (1. Sam. 1. 2) ſed Annæ *non erant* liberi.

* *Infinitivo* ſi jungatur tum *Enallagen* ejus pro *Participio* vel *Nomine* inducit, coll. §. 81. ut: Pſ. 32. 9. Ne eſtote ſicut equus & mulus, אֵין הָבִין *non intelligere*, pro שֶׁאֵינוֹ מֵבִין *qui non intelligens eſt*, ſecundum R. Salom. Jarchium; vel pro אֵין בִּינָה לָהֶם *quibus non eſt intellectus*. Ellipſis n. Relativi אֲשֶׁר creberrima eſt, conf. §. 72. (2)

** Per *Apocopen* eſt quandoque אִי & אֵי pro אֵין & אֵין (uti 1. Sam. 21. 9. ſcribitur) ut: Prov. 31. 4. & Job. 22. 30. de his duobus locis conf. Glaſſ. l. c. Tr. 5. can. 18. p. 720. ſeq.

† Ceterum pro אֵין *forma qs. conſtructa*, eſt quoque *abſoluta forma* אַיִן (uti ab עַיִן oculus eſt עַיִן) *quæ adhibitur in fine alicujus membri ſententiæ*, & ab antecedentibus ſemper dependet, nunquam a, cum ſequentibus cohæret, ut אַיִן,

v.c. הֲיֵשׁ יְהוָה בְּקִרְבֵּנוּ אִם־אָיִן (Ex. 17. 7) Estne Dominus inter nos, *an non* (*est*) חֲכָה לִי בָנִים וְאִם־אֵין מֵתָה אָנֹכִי (Gen. 30. 1) cedò mihi liberos, *sin minus*, morior ego. Conf. Job. 3. 9. c. 33. 33. & alibi.

אַל & פֶּן

II. אַל (*ne*) & פֶּן *tantum Futuro junguntur*, ut: אַל־נָא אַחַי תָּרֵעוּ (Geneſ. 19. 7) *ne* quæſo fratres mei *male faciatis*. אַל תִּירָא (Prov. 3. 25.) *ne timeas*: אַל־תּוֹתַר (Gen. 49. 4) *ne excellas*; פֶּן יִשְׁלַח (Gen. 2. 3.) *ne* (*ut non*) *extendat*.

*. פֶּן bis *Præterito* jungitur, ut: 2. Sam. 20. 6. 2. Reg. 2. 16.

בַּל בְּלִי בְּלֹתִי

III. בַּל, בְּלִי, בְּלֹתִי, (*non*) proprie *adjunguntur Præterito* vid. Prov. 9. 13. c. 23. 35; Gen. 31. 20. Jeſ. 14. 6; Num. 21. 3. & *Futuro*, Pſ. 10. 4. & 16. 4. 8. Prov. 22. 29. Eſa. 26. 11. Hoſ. 7. 2; Eſa. 32. 10. Hoſ. 8. 7.

† Sumuntur interdum *pro Exceptivis*: *absque*, *niſi*, *præter*.

†† בְּלֹתִי *aſſumto ab initio* ל frequentiſſime *cum Infinitivo* conſtruitur, exponiturque per לְבִלְתִּי אֲכֹל מִמֶּנּוּ שְׁלֹא *ut non*, ut: Gen. 3. 11. *ut non* comederes ex ea. vid. Deut. 17. 20.

לֹא

IV. לֹא (*Non*) *omni Tempori & Modo convenit*, præter *Imperativum*, pro quo *in prohibitivis* adhibent *Futurum* ceu ex Decalogo apertum eſt, v.g. *cum Partici-*

ticipio: וְלֹא יוֹדֵעַ עוֹל בֹּשֶׁת (Soph. 3.5) *sed non est sciens* (i.e. *scit*) iniquus erubescere, np. pppulus Judaicus, de quo Propheta agit. Sic si dicas: לֹא רֹאֶה *non videt*, np. hic vel ille. Conf. de hac Emphasi num. I.

† *Pro* לֹא *quandoque* לוֹ ex Masoretharum observatione in 15 locis legendum esse, literis אֹו permutatis (coll. §. 3. *) vid. Schindl. in Lex. Pentagl. col. 927. & Buxt. in Lexic.

§. 84. *Negandi particulæ* (α) *Nominibus* אִישׁ, כֹּל, nec non אָדָם *additæ universalem negationem efficiunt*, ut: כִּי לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל (Ps. 49.18) nam *non* auferet in morte sua illius *omne*, i.e. *non* auferet illius *quicquam*: לֹא־תֶחְסַר כֹּל בָּהּ (Deut. 8. 9) *non* indigebis *omni* in ea, i.e. *nulla re* indigebis. Conf. Ps. 143. 2. Jer. 13. 7. Dan. 11. 37, וְלִרְאֵת אֵין־כֹּל (2. Sam. 12. 3) pauperi isti *non* erat *omne*, i.e. *nil* erat *quicquam*: conf. Hab. 2. 19; אִישׁ אֵין אִתָּךְ (1. Sam. 21. 2) *vir non* (est) i.e. *nemo* est tecum, coll. 2. Reg. 7. 5: & v. 3. אִישׁ אַל יֵדַע מְאוּמָה אֶת־הַדָּבָר *vir ne* sciat, i.e. *nemo* sciat quicquam de hac re; וְאָדָם לֹא זָכַר אֶת־הָאִישׁ (Eccles. 9. 15) & *homo non*, i.e. *nemo hominum* s. *nullus* meminit viri ejus. (β) *Adjectivo qualicun-*

licunque additæ habent vim στερητικὴν, *& sæpe affirmant contrarium cum emphasi*, ut: מִגּוֹי לֹא־חָסִיד (Ps. 43. 1) a gente *non benigna*, h. e. *maligna & crudeli*: הוּא בֵּן לֹא חָכָם (Hos. 13. 13) est filius *non sapiens*, i. e. maxime *insipiens*: הַנְּמָלִים עַם לֹא־עָז (Prov. 30. 25) formicæ (sunt) populus *non validus*, i. e. *invalidus*, *infirmus*.

† Analogice huc refertur, si *Negativa* afficiat voculas עַד־מְאֹד *usque valde*, *vehementer*, *supramodum*, ut: אַל־תַּעַזְבֵנִי עַד־מְאֹד (Ps. 119. 8) ne derelinquas me *usque valde*, i. e. *ne prorsus*, *nequaquam*. conf. v. 43.

Pleonasmus. §. 85. *Particulæ inseparabiles* ב, ל, מ quamvis & quædam *sæparatæ*, aliis particulis *pleonastice*, *eleganter* tn. præponuntur, easque sæpe in alienam naturam commutant, ut: בִּמְאֹד מְאֹד (Gen. 17. 6) *in valde valde*, i. e. quam plurimum: לְאַל (Job. 24. 25) *ad non*, i. e in nihilum: אַחֲרֵי־כֵן *Postquam*, *postea*. &c.

Ellipsis. §. 86. כ *similitudinis non raro in oratione deest*, ut: וְהוּא יִהְיֶה פֶּרֶא אָדָם (Gen. 16. 12) & ille erit (Ismael) *onager* homo, h. e. כְּפֶרֶא *ut onager*: וַיִּקְרָא אַרְיֵה (Es. 21. 8) & clamavit (*ut*) *Leo* &c. de speculatore sermo est. Conf. Ps. 11. 1. Ps. 12. 7. Exod. 19. 4. coll. Deut. 32. 11.

Hæc

Hæc de Syntaxi propinasse sufficiat. Quid ergo restat? nisi ut gratissima in Deum & Patrem meum mente verbis *ex Jes. 40. v. 29. more Rabbinorum* coronem

FINEM.

בנ״לך ולא״עי

EMENDANDA.

Pag. 4. lin. 3 & 2 a fin. dele: וַיָּקָם vaijákom, & c, & pone p. 5. post: *fuit.* p 5. uncus modo pertingat ad ŏ inclus. p. 10. l. 1. fig. Paschtæ ita pone ֻ. p. 17. l. 21. lege § 44, p. 80 3. p. 19. l. 12. גֵּ. l. ult. lege ים & ות. p. 20 l. 1. post: *vice* adde: נְפָשׁוֹת a נֶפֶשׁ anima. & lin. ead. lege (·:) *ante* ה. l. 8. dele: ex נֹכַח & seqq. p. 20. l. 14. dele: Sed sec. usque ad tuis; & lin. 18. adde: *Sic* מְאָהֳלֶיךָ (Job. 22. 23) *a tentoriis tuis*, coll. Reg. IV. (β) l. 16. lege (:) (*ex - vel* ·:) lin. 20. adde: *Sic & cum* (τ) ut: רוֹזְנִים (Jud. 5. 3. Ps. 2. 2) ex רָזוֹן Princeps. p. 22. in fin. n. (1) adde: *Quod* (-:) autem *ante Gutturalem aliam abjicit* (:) *Methegh syllabam sustinente*, ut: הַחִלָּם (Gen. 11. 6) *incipere eos*, ex הָחֵל coll. §. 16. Reg. II. rad. חָלַל: הַעֵרֹתָה (Ex. 19. 23.) *contestatus es.* rad. עוּד. conf. Jer. 11. 7. Esa. 41. 25. p. 24. l. 5. leg. (-) in (τ). p. 30. l. 3. a fin. extritis adde: *&* (:) *si præcesserit in* (τ) *mutato.* p. 31. l. 3. adde: שְׁפָחוֹת a שִׁפְחָה ancilla. p. 32. l. 8. lege: *mobile Kamezatum.* l. 13. *mobile* (.) *in* (τ) *mutato.* p. 33. l. 16.

 lege:

lege: *& ante Affixa*. p. 35. l. 20. leg. הֵמָּה. l. 23. leg. § 62. p. 42. l. 14. pro tota parenthesi pone: coll. § 47. p. 45. l. 15. pro בַּ leg. בְּ. p. 54. l. 2. lege *Kal & Niphal*. l. 3. leg. sola puncta differunt. p. 57. l. 11. pro ר, ד. p. 58. l. 13. pro indit, cavit. p. 59. l. 2. leg. וְ, & dele: וְ. p. 61. l. 15. leg. § 41. sequentibus in parenthesi deletis. p. 67. l. 2. ז. p. 69. l. 19. pro צ, ג. p. 79. l. 12. בָּ. p. 81. l. 14. mutatam. p. 88. l. 12. leg. Phil-ebræo. p. 84. l. 6. lege: radicalem Schevatam, (qua v. pereunte ut in Verbis פֹּ״נ §. 36. perit etiam (∵) p. 92. l. 11. trajecta verba ita pone: וְאֵלֶּה יְמֵי שְׁנֵי־חַיֵּי אַבְרָהָם. p. 99. l. 17. pro יָ, leg. וָ. p. 109. l. 10. ב, ת. p. 111. l. 22. §. 81. V.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889488274/phys_0163
DFG

(Soph. 3. 5) sed
niquus erubescere,
le quo Propheta agit.
non videt, np. hic
mphasi num. I.
ex Masoretharum ob-
s legendum esse, li-
(coll. §. 3. *) vid.
agl. col. 927. & Buxt.

iculæ (α) Nominibus
additæ universalem
כִּי לֹא בְמוֹתוֹ יִקַּח:
on auferet in mor-
e. non auferet illius
לא־תוֹ (Deut. 8. 9)
ea, i. e. nulla re in-
. 2. Jer. 13. 7. Dan.
. Sam. 12. 3) pauperi
e. nil erat quicquam:
אִישׁ א (1. Sam. 21. 2)
ft tecum, coll. 2. Reg.
vir אִישׁ אַל יֵדַע מְאוּמָ
t quicquam de hac
וְאֵרֶם (Eccles. 9. 15)
o hominum s. nullus
(β) Adjectivo qua-